

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

Theorheto, Sive De Sacræ Eloqventiæ Maiestate. Liber Decimvsqvartvs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)



THEORHETOR,
SIVE
DE SACRAE
ELOQVENTIAE
MAESTATE.
LIBER DECIMVS QVARTVS.

P R A E F A T I O .

EVENIMVS tandem in ipsum sanctioris eloquentia, veluti sacrarium, de qua, cum graues imprimis, & sapientes viri copiosissime differuerint, faciam, quod facere periti artifices solent, qui gemmarum elegantias per angustos concludunt annulos. Si ego quæcumque ex isti sapientia oraculis depromere potui, breui sermonis compendio subiiciam, daboque singularē operam, ut hic postremus robustioris iam facultatis partus, non minus gratia flore, quam utilitas fructu commendetur.

Atque imprimis mihi de dignitate cœlestis eloquentia non nihil dicendum est, contra imperitorum hominum audaciam, qui cum omnem dicendi præstaniam ventosa quadam loquacitate, & inanissimis verborum pigmentis metiantur, sacros plerumque scriptores irridere solent procacius, quod istos orationis calamitosos spreuerint potius, quam ignorarint. Et nobis quidem id conanribus pcroportunus se locus obiecit, nam cum in exedram differendi caufsa venissimus, Cælius, adolescens in ipsa studiorum incude positus, peregrinæ doctrine fastu tumens, & à Plauto, Plinio iuniori, ipsoque Cornelio Tacito, quos ille tanquam sua numina venerabatur, adhuc recens, deplorare coepit nostra tempora, quod nemo iam palmas oratoris strenue deni ibus admordere, nemo ad superiora Héroum eloquentia tempora conaretur accedere; sed totus ille flos antiquæ facundiae exultus atque repressus nostræ ætatis squallore, & veteris vberbatis siti proflus exaruisset. Tum addebat in sacras cōciones, quasi in pistrinum prælata cogi ingenia, hic tanquam nobiles equos phaleris, ephippijsque exutus ad molas confundescere, & pro ornatu habere barbariem. Nam quæ potest esse ista sacra eloquentia? De doctrina, scilicet Christiana: cuius argumentis nihil est humilius. Magis ameloquentiam, tanquam flammarum materia ali, motibus excitari, vrendo clarescere. At Eloquentia hic videamus eos, quorum indeoles lærior, & præcula suavitatis, si modo materiæ splendo- magna sua. quam fiam- ræ nacta suisset, ybi ad huiusmodi argumēta ma alium.

CX 8-

amoenis luxuriantis scholæ viretis, quasi in alium oibem venerint, repente, aut rerum aetilitate torpentes exarescere, aut inquinata dictione, quasi resides aquas, & plurimum luti secum trahere. Quod si vernantius ipsa se veteris secunditatis menor explicare cupit oratio, rerum tamen horror, & moestitia necessariò confundit. Quale enim delectamentum est apud plebeias aures, & oscitantis muliercularum circulos, de tritis quibusdam bibliorum historijs longo, & inerti verborum circuitu differere, aut Christianæ religionis rudimenta tractare, aut à vasto quadam, & agresti motu in virtù dicere, res tritæ, & ad fidiclientis stomachi nauseam, tam scepè inculcatas? At vero in profana, quam appellatæ eloquentia, sive in umbratilibus spatijs libeat excurrere, sive forenses palmas attrectare, hic audiuntur rerum complectiones maximarum, hic seulsus vberes, hic sententiarum stimuli, hic opulentissima doctrinæ supelles, hic plausus, & suauor omnium.

Eloquentia
forensis opu-
lentia

Hæc iste cum intemperantius effudisset, nesciebam, an magis deridere hominis debet imperitiam, an indolere tam pueriliter in nugis lascivienti. Cum Theophrastus nostæ vir quo, nec magnis disciplinis instruictior, nec ad omnem rationem humanitatis cōmodior, cum fatum hominis præclarâ oratione perfici posset, ceperit de maiestate sacrae eloquentiae, & eius argumentis copiosius differere, vt à sacris oratoribus plerunque istas opes non tam nesciri quod antea dieebamus, quam centenni ostenderet. Peetrinjam summa totius dissertationis capita, & quidē paulo orationi stylo, quando hic oratoris partes agimus,

Eloquentia
sacrae excel-
lentia

Sic equidem existimo sacram illam sanctorum virorum eloquentiam tantum humana præstare, quantum sol umbra, flamma fumo, diuina mortalibus anteceilunt. Etenim quæcumque ad grauiorem eloquentiam, sive excitandam, sive innuiriendam faciunt, fertilius quædam seges sapientiae, grauissimarum rerum argumenta. Dij præpotentis afflatus, incredibilis ardor animorum, suavis quædam prudentiae economia, sermonis maiestas, solidarum adminicula virtutum, theatra deinde ipsa, & concessus, & gloriofissima laborum preemia, huic vni tam propensè fauent omnia, vt meliori cœli riuo iure secundata vide-

Sacra eloquentia dignitas, ex materia nobilitate, ac primum, quam graues sine in ea de Deo sermones.

CAPUT I.

Placeat igitur primum strictem & quasi per transennam videamus cœlestis illius eloquentiae argumenta, quibus mirum in modum nobilitatis collucet, vt suos oratores, vel infantissimos per se faciat eloquentes. Occurserat hic tibi non fabelle, & nuge, non humana sapientiae levissima quædam choragia, maximarum rerum lumina, Deus, Angeli, Christus *Diebus patrum rex ipse Angelorum*, Christianæ religionis mysteria, Apostolorum triumphi, Martyrum laureæ. Virtutum decora, supplicia impiororum, æternæ denique illius apex felicitatis.

At veio de Deo, qui sermones non iij, quales in Platonis, aut Stoicorum schola floruerunt, sed qui ex artissima fluunt sapientia, & ex ipsis aeterni Parentis suu derivantur. Deum ibi audies mentem ab omni mortali concretione secretam, optimam, sapientiam do, ut lyra tissimam, sanctissimam, spiritum per omnia intentius. commantem, & singulis viuens partibus quasi accuratissimæ lyrae fidibus intentum, qui fluentium rerum canticum iucundissimam varietate tēperat ingenitus, immortalis, perpetuus, solus, *ipse sibi locus, & manus.* & lib. contra maximus quidem mundus, sapientiae, sanctitatis, intelligentiae, vite rationum, formarum, cui spirans omnis, intelligentique natura, & habere, & agere non definit gratias.

Cernes deinde, vt gradium apud Prophetas insigni maiestate, Cherubini, insidens, & celeri ventorum turbine circaquaque rapitur. Sexcenta consequuntur curruum milia, in quibus ignae cohortes Angelorum, copiosa luce circumfusa radiant, sol tanus, tamque stupendi numeris umbra potius, quam effigies, ad eius nomen expausevit, adamantina cœli portæ contremiscunt, intendunt se flammeæ nubes, & lucido quodam horrore totum hoc aeris spatium discutunt, mugunt tonitruum fragores, præmicanter fulgura, volitant procellæ, ruunt fulmina, im-

Eloquentia
sacra effe-
ctus

Eloqu. sac.

matoria.

Deus mun-

tali

cap. 5.

Tertull.

lib. contra

Præream

cap. 5.

quahum.

mixtique grandini rutili carbones depluant.
Hinc discedit cælum, hiant terrarum la-
rebus, terrore perfusi mantes mortuorum Re-
gem sentiunt. Hæc tibi magnificam numinis
speciem inuent.

Deus actus
purus.
Dei Astr. bina.
August. lib.
7. de Civit.
De. cap. 30.

Cumque sit eius natura maximè simplex,
nec continetur in se quicquam admistum sui
dispar, atque dissimile: habet tamen attri-
buta varia, qua signatim spectata, quantam
dicendi, & quam ferrilem materiam sup-
peditant: E quando exahurietur immensitas
illa, aqua longe aliter quam is, qui cælo, &
terris aquas preber Oceanus omnia suo am-
bitu præcingit, in uniuersum diffusus, in se
totus rediens, in quo nunquam a se exiens, in
se, & in cunctis, semper totus impletus cœ um-
bris erram prægen: e potentiâ, non abiente natu-
ra.

3. Dionys.
Areopag.
spirit. s. ad
Dorothœu.

Quando satie prædicabitur infinitas, men-
tis humanae nodus: quæ exeat, quò se condat
nemo nouit, ino nec exire ab alio, nec in
aliud se condere certò nouit, hec deum b. a
ta ignorantia est, quod scimus ignorando
ει τοῦτο γίνεται πᾶς ὁ δέκατος γύρος, καὶ οὐκ
αξιόποθεν, αὐτῷ τῷ μὴ δύο μη εἰ γίνε-
σθε.

Eternitas
Dei.

Quid illa æternitas immensa, atque inter-
minata visæ tota simul, & perfecta possel-
lio, qualis est? Tempus certe, quod perpetuas
micantium siderum conuersio: es æquis pas-
sibus comitur, fatur se haud scire, quid sit,
aut unde venerit, se labi, tue, e, nasci, occide-
re, longam veluti catenam in hoc mortali-
tatis regno vicissim remeando versare, sibi
vni incrementa danno esse, hanc vero inta-
stam, illibatain, semper anum, semper for-
mosam Virginem, qua nec iuuentutis fonte,
nec argenteis Canathi fluij, vorticibus in-
digat, quibus detersa prioris ævi fuligine,
nouo gracie flore rubefcat. Hinc illa per-
fecta, & stabilis, atque in eodem felicitatis
vestigio consistens immutabilitas, qua cum
omnia per hanc rerum humanarum vicissi-
tudinem videat agi, volvi, reuolu, & quasi
per eandem terram diuersis motibus recipro-
cat, toti sibi hæret sine yllo sui aut dispensio,
aut incremento.

Augustin.
eo. 7. l. 14.
6. 13.

Anni uides unus, & dies tuus non quotidie,
se hodie: qui hodie: nus tuus non cedit crast-
no, neque enim succedit histerno. Hodierno tu-
us æternitas.

Quid dices de tantæ maiestatis inexhau-

sta bonitate, quæ cumulatissimum totius
perfectio: nis florem complexa, nullius rei
indigens, omnium opulentissima, se toti na-
tura, atque adeo huic nostræ mortalitati
profundissima quædam liberalitate profun-
dit?

Quid de inexplicabili prouidentia, quâ Providence
clauis uniuersi regi vigil, & insomnis, suo Dei.
semper operi astidius, atque intentus: in
tot oculis tibi spectare videtur res morta-
les, quot sunt in illo pulcherrimo ætheris
domicilio coll. centum formæ stellarum:
num tot manibus regere, quot eius porcta-
tis insignia, nuni tot pedibus lustrare, quot
præsentia sunt indicia?

Quid de singulari misericordia, quæ huius Misericordia
ce vita subiecta miseras, imbecilitatem eri-
git, so avrividitatem, instruit inopia, le-
nit acerbates, & quasi totus sit ex mater-
nis vberibus conflatus, ita se miseriorum in-
famiam solitudini, atque orbiciati, præfec-
tem ubique, & clementem Deum imperti-
tur?

Quid si eius scientiam consideres, qua se, Scientia
qua omnia a se ora intelligi, qua tot carla Di-
in æthere parim errantium, parim inerran-
tium stellarum simulachra nominat, qua per-
peruas dicrum conuersiones consignat, qua
imbrum stellas percensei, qua arenas numerat,
qua profundissimas scrutatur voragine, qua
subit, & explicat omnia: Num recte istud
occurrit: Ecquid improbum est: si quis nosci August. L.
omnia, & nulla natura est, nisi quia nosci eam? .confer.
Quid si potentiam, qua cælo imperat, qua
terras sustinet, qua calcet inferos, qua sexcen-
tos mundos condere, conditofque vel te-
nuissimo halitu diffilare potest? Quid si alia Mundus
innumeræ concordia inuestigare: quoties argu-
mentorum oppreslus magnitudine coevis excentos
exciamare.

alitudinem diuiniarum.

Iam cum ad illam lucidissimam sanctissimam Trinitatem
Triadis caliginem deuenies, vnum in tri- personatum
nisi licet intuebere, Patrem re- in Du-
rum omnium optimum maximum, qui dum acerrimo præstantissimæ mentis oculo se in-
telligit, & quasi in flagrantissimi nitoris spe-
culo suâ ipsius faciem contemplatur, filium
generat Kpadiav λόχιων viscerum ingentem
partum, vi appellat Syncerus, atque adeo ima-
ginem non quidem subiectis, & tenuibus im-
pressam lineamentis, sed ætero diuinariis
characteri signatam, Deum de Deo, &
Patru

**Spiritus
Sanctus
centrum
Patri &
fili.**
Patri per omnia aequalis Deum: Ab veroq; deinde spiratur illa semper amoris flamma, cuius facibus quicquid est modo castissimae dilectionis inordescit. Spiritus (inquam) centrum Patris, & filii, Patri & filio **sanctorum:** Num tu quoties de ijs cogitabis, toties in illum te Polycritilacum putabis ingredi, in quem quo altius quis progreditur, eo magis ac magis per singula momenta succrescentibus quis impetratur.

Venit igitur ad fabricam vniuersi, videtis ab eternitate iacta terra fundenta, libratos coiles, diffusas camporum immensitates, praetexta instar elegantissimorum monilibrium terris maria, tot infulatum quasi ocellis, & margaritis colluentia ipsam spirabilem naturam terris intentam concipies, & qui suo complexu cingit omnia summum aetherem, in quo ratis, & in omni aeternitate fixis legibus, voluntur purissimi stellarum cœtus, rotam denique hanc rerum a summo numine locatam homini supellectilem quoties spectabis, toties magnificentissimo rerum spectaculo perfusus laudum materiam in fidenti vertes argumentum.

In Angelis quoque locupletem esse dicendi materialam.

CAPUT III.

Dionys.
de his ordi-
nibus agit
6.6. de his
ratiis co-
lent.
D. Greg.
bom. 14.
Angelis ex
pictoribus
tacripsio.

Angeli deinde magnæ illius mentis purissimæ quadam scintillæ, de semper innominis facibus accentæ, canus, & in tot ordinis diutius exercitus, quantum non dicam orationis, sed & admirationis materialm suggerunt. Nostræ tibi singere, quales forte apud Pictores, & Poetas sapientiæ pusiones formosulos, quibus vultus admirabilis fulgore circumfusus, crines in cervicem moliter effusi auro obryzo flauescunt, & lacte colliu morem blanditudo suoniorum spiritu ventilari percurrunt. Quibus alia ex humeris emergunt geminæ in coelesti tessitura concinnata, florida vi iditur, qualis in panonibus esse solet, irradiantæ aureo croco, panicco, cœruleo denique colore nisi admodum temperie variata, tot referunt spectantibus pigmenta, quorū in arcu coelestium voluptate miramur. Tunica deinde hyssina est quam subtilis denticulati operis

limbus circumquaque excutens magna vestit cuni dignitate.

Tales si Angelos cogitas, quales tibi cuncti pictoribus ludens expressi, totam vim ignoras. Angelorum. Natura illis pura est, subtilis, ætherea, quam nulla corporis figura delincat, nulla materia labes infuscat, nullus corruptionis nœvus aspergit, & ut summatim dicā, nostri pars melior animus est. Angelus nihil est praeter animum. At quis animus? ex hi preter eo igne delibatus quo sidera volat, & sacerdotum queruntur axes, sed exercitissima mentis vigor tanto expressius ad æternæ pulchritudinis exemplar conformans, quanto de eius fonte propius respergatur, & sacerdos. Hinc ille omnium ornamentorum insignis quidam decor, & bonorum immortalis affluentia, quam in conditorem suum grarissimæ voluntaris ingenerante refundunt. Tu si de beatarum metuum incredibili celestiter cogitas, finge tibi

Synesius
Hymn. I.
secundo
spiritus mundi
110. apx. av.
Angelorum
celeritas.

naum per immensa parentis aquoris spatia remis, velisque concitissime fluentem, fugæ telorum ébalistis emissis grandines, finge reginam aurum aquilam torto illo plumarum remigio instructam cœcentissimo corporis nisu, acerbitate cupiditatis ardore rucantem in prædas, finge istos, quæ a poctis memorantur alas fulminum, & tuum quando liberum est animum, & illam animi pupillam mente philo Iuda- fulgere velocius per disjunctissima quæque us li. 1. de o- tam bœci momento disserentem, hanc si pificio mundi Nous iviv

+uxū +uxū
ne dñe
xponit qd-
deam

dimic cum equo valentissimo comparabis. Quid dicam de illa præstantissima mentis intelligentia, curus beneficio res omnes, quas nos homuti ex iuto, & argilla facti, tanto cum labore addificimus, & ægre ratiocinando colligimus, illi nullo negotio, nullo temporis interuerso sagacissime peruident, & impeditos quoque difficultatum nodos explicatissime dissoluunt? Quid de illa cognitione matutina, qua modo res in Deo, tanquam in politissimi candoris speculo, vegeti coloris flore vividius accessas, modo in se iam remissas, & quasi diluto vigore minus acres contemplantur? Quid de ipsius cognitionis felicitate quadam constantia, cuius munere contingit, ve eis non minus ab hac intelligentia cœclare licet, quam plantis, aut animalibus ab actus vitalis perpetuo quodam ministerio? Si quidem intellectio beatis mentibus pro vita est. Iam si gratiam species, quibus ab ipsis originis primordijs mirificè sunt nobilitati, cu

Y U U . 3 RUM

*Gratia Ar- rum molitor Deus erat in Angelis condens na-
gelorum. turam, & largiens gratiam, vasa myrrhea di-
D. August. ces, aut crystallina ab ipso vniuersitatis arti-
l. 12. Peit. 9 sicc comparata, & omnibus artis enucleata
lenocinijs, in quæ diuinitatis riui, tanta, &*

Gloria An- Denique si gloriam considerabis, quæ gratia-
gelorum. rum amplitudinem est consequita, totos in

**Officium
Angelorum.** fulos, atque absorptos, tum in hoc felicitatis domicilio fidos terrarum ministros, nostra salutis propugnatores, depulsores misericordiarum, auspices felicitatis, Duces, altiores, pedagogos, & vi summatis dicam, amore Germanos, fruas obsequio, auctoritate pa-
recs.

*Incarnationis Christi ma-
iestas.*

CAPVT III.

Verum enim uero cum multa sint in diuinisissimi pleauissima maiestatis, persona tamen Christi Domini, una est totius Christianæ doctrinæ caput, & omnium argumentorum seminarium, a qua multiplichum curricula sermonum explicantur, & in quam omnia longe, lateque sparsa reuoluuntur. Num vero quoties *incarnatum Deum* dicimus, toties parissimi Angelorum cœtus ob-
Nature hu-stupescunt, toties horrore perfunduntur mor-
mata cala-
ritates, toties contremiscunt inferi? O profun-
mitas ante consiliorum caliginem! o mysteri-
verbi incar-
nacionis! iacebat humana natura
nationem.
in æterni squalloris foribus, turpis, laceria,
deformata, eruentis ipsis Dæmonum pedibus
protrita, atque conculcata: nullus timor nu-
minis, nulla inferorum suspicio, religionis
sensus nullus. Erant omnes pietatis igniculi
in hominum mentibus restincti, & quasi in i-
pso fomite prefocati: Vbique Dæmonum si-
mulachia, Dæmonum aræ, Dæmonum tem-
pla, & quoddicere perhotresco, in ipsis excisis,
atque funestatis Dei altaribus Dæmoni ve-
xilla, trophyæ, triumphales arcus fulgebant.
Terrarum orbis luxtuosissima facies partim
festidimum lupanaris, in quod omnes omnium
deformi libidinum sentinae defluxerant, partim etiam
mudi flats
ante Chri-
stum, cuiusdam ex sclerorum colluie-
& humano cuore macerati. Speciem prefa-

rebat. Plena omnia stupris, cædibus, in quina-^{fl}, omnia
tissimis voluptatibus, immanitate bellua- regna, quid
rum. Quicquid anaritia in rapinis, luxuries aliud est
in flagitiis, quicquid in nocturnis bacchatio- poterat, nō
nibus gula, quicquid in fastu supercilie, in magna la-
sanis honoribus arrogantia potuerat, hoc tro-^{troci-}
tum effuderat. Scalæ penè ipse iam celo gi-^{sublata} in
gantum more admouebantur, vt beatorum *filiæ*, vide
excinderentur domicilia, cum interim terti, *Anguli*,
recordes, & impii mortales impresa in pro-^{cina}. Di
priorum liberum ceruices sica vicimaria,^{v. 4.}
misellorum infantium primo cuore, infec-
torum aras respergebant, & inter funestissimas
epulas, nideremque coctorum paruolorum,
quos ipsi suo sanguine genitos huius lucis v-
sura priuârunt, epulabantur.

Quid interea clementissimus parentis Deus? non iaculatur fulmina, non fienti diluvio terras obicit, non exquisita tormentorum genera ad conseleratorum supplicia machinatur, sed hanc in viam, ab ipsis Angelorum mentibus, & cogitatione seclusam, ve humani corporis yessus eopagibus, propitiis nimirum, & salutaria fulgor ad salutem hominum procurandam terris illabatur. Eanimuero Dei praeponentis imago ab ipsis mundi eunibus primis indica parentibus, sed terra postea fuliginis infuscata maculis, pustulino nitoru redonda fuerat, quibus vero artis illecebris id factum operitur: Deus se homini credo plenissimo diuinitatis fulgore circumfusum repente obijcere debuerat: sed luto, & tenebris oppressa hominum mentes ne minimam quidem illius lucis scintillam, nisi per transennam vi lece, ac sustinere poterant. Quid igitur summus ille rerum effector, atque restaurator molitur? Quid comminiscitur, aeres illos, & indomitos diuinitas radios lenissima veluti corporis nube refingit, & in hac primi parentis argilla non iam fugaces, & obsoletos sui colores imprimi, quibus finem etas effet allatura, sed scipsum hoc luteo nostra mortalitatis ergastulo circumclusum terris exhibet, & ut a fumino bono semper fugientem hominum semel assequeretur, ipse hominem induit: In quo mihi videtur aucupes industrios imitatus, qui ut aues suo ingenio vagas, & timidas illiciant, confectis e versicolore plumarum apparatus tuniculis facilius venatur, & melius: Visceris parentes, qui teneris infantilis matre super orbatis bubuli lactis candidum florem propinuant in vasculo. & ut maternorum

vigerum similitudine parvulos capiant, labrum
poculi modica caruncula obductum pusi-
nis ori supponunt, quod milii videretur præ-
stantissimus doctor his verbis-expressisse.

S. Prosp. ix D. AUG. sententia. 32.
August. ep. 3 ad Volu-
sus. S. Leo fr. 1. de natu s. Christi.
August. l. 1. ad doc. ma-
Coristiana. 613.
lib. 38. Epis-
phonem a m. De incar-
nacione.
Vno hysto-
rifica ve-
tust. 7a.
Ja 10.

*Sicut lac non transit nisi per carnem, ut par-
vulum per eam, qui panem edere non potest: Sic
nisi sancta intentio Dei, que panis est Angeli-
orum, ad homines dignaretur venire per car-
nem, nemo adverbio contemplandam diuinitatem
posse accedere. Quia ergo lux non poterat com-
prehendere, ipsa lux mortalitatem subiicit tenebra-
rum, & per sensitudinem carnis peccati participa-
tionem dedit luminis veri.*

Sed quod magis miseris, hoc corpusculo
vestitus, nihil immutatus fuit Deus. Homo
qui per ait Deum accessit, Deus a se non recessit,
nec hominem consumpsit, sed ita assumpsit, ut
nec inferorem naturam consumaret glorifica-
cio, nec si periorum minueret assumptione, quod in
geniosissima similitudine. Sanctus Augustinus declarauit.

Sicut cum loquimur ut id, quod in animo
gerimus in abundantis animum per aures car-
neas illabatur, sic sonus verbum, quod corde
gestamus, & locutio vocatur, nec tamen in e-
undem sonum cogitatio nostra conuertitur,
sed apud se manens integra, formam, vocis
qua se insinuerit auribus, sine aliquo labore sue
mutationis assumit. Ita verbum Dei non co-
mutatum, caro tamen factum est, ut habitet in
nobis.

Merito itaque sanctissime Iob, mirabaris,
& quereris, *Quis conclusit osiris mare?* quis
vero alius, nisi rerum omnium pars, qui in
ipso mundi nascientis exordio tantam, & tam
late diffusam aquarum molem, tanquam in
vite circumclusit: nunc autem inexhaustum
illud aeternæ sapientia pelagus tam paruo
Virginis vice circumscriptis. *Quis posuit rubri-
bem vestimentum eis,* & *caligine quasi pannis*
infantis obvoi? quis nisi, qui hac corporis
nubecula his tam fragilibus, & prope
nullis artibus Deum immensum delineauit?
Quem ut item constituit, nisi stupendam illam
unionem silentio potius venerandam, quam
verborum multitudine prædieandam? Verè
domine hoc est *pudicium*, opus (inquam)
ruum, de quo Propheta dixerat *conjur-*

missionem & abruptionem faciat.

Dominus in medio

seruit.

Natiuitas ipsa in tantarum spoliatione,
atque humilitate plena dig-
nitatis.

CAPUT IV.

Cerne deinde quæ vitæ primordia, qui pro-
gressus, qui exitus fuerit Deo, qui hanc o-
perosissimam mundi totius motiōnem
in cunas hominis fuerat machiatus, non est
inuentus in diversorio ullus angulus, qui æli-
depositum exciperet. Primum sibi lectulum
strauit in praesepi animalium, postremum in *Præsapi de-*
paribulo furciforum. Cogita illam agrestē *scriptio &*
domunelam, desertam, semirutam, frigidæ domunculas,
tempestatis, ventorumque flatibus vindique
peruiam, quam tamen crebræ de cœlo faces
magna dignitate circumueniunt, ita hic Jan-
Hieron. ad
Marcell. ep.
itor locus est rupta Tarpæ a, quæde cælo sapientis fulminata, ostendit quod Deo diffident. Graude
aliquid intus geritur, & quod humana mens
capere nō possit. Virgo scilicet inter palustres
turgurjolo cannas, & pecorum anhelitus, sun-
dit ex viro regem Angelorum.

Proh sanctam fidem! quæ puellæ species
haecce diua est, an radius diuinitatis? habi-
tus quidem pauperculæ mulieris, sed vultus *elegans.*
numinis. Quæ frontis maiestas? quæ genarum
modestia? quæ fulgor oculorum? quæ venu-
tas oris? quæ etiam cœlestes gratiae in ista
facie renident.

Hic vero tenellus, & lactens, qui Matri
affulsi pectori tam molliter appetit r̄bera, fi-
liolus est Virginis, Deus humano corpusculo *Vide s. Ful-*
vestitus, gestatus quidem ut parvulus, sed a-*gent. Jer. 50.*
doratur ut Deus, parvulus in praesepi, immen-*as Epipha-*
sus in cœlo, yllis in pannis, in stellis glorio-
sus. Tam teneræ manus orbem rotant, tam
parvi ocelli solem illuminant, tam exigui pe-
des calcent inferos. Sed interim perflant
venti, & in tenellos artus parvuli nulla ele-
mentia deficiunt, quando & ipse nostra caus-
sa voluit vitam a supplicijs auspicari. Heu læ-
uos infantie labores! heu rerum omnium i-
nopiam! Heu tolerantiam filij, heu misericor-
diam Matris!

*In Christi
infantia lae-
bores. xclviii.*

Sed qui viræ telam ab ipsis rerum asperi-
taribus orsus fuerat, eandem ærumenos laboribus totam pertexxit. In ipsis adhuc mater-
nis visceribus delitescens, profani imperato-

rii

Civitas
victor &
exul nasci-
tur.

Tis adiit domicilium mutare compelluntur, ne ex patria eeli affectione primum spiritum delibaret, viator nascitur, exui nascitur, nato subinde, & vix quadraginta dieorum infantulo aliud exilium decernitur, intentatur tenero, & adhuc exanguis iugulo saeuissimi regis mero, paruolorum, quos hic crudelitatis turbo demessuit, pene cruentus respersus, ex cultris victimariis erectus, in ultimas barbarae gentis ora fugit sine luce, sine pignore, sine hospite, orbis terrarum exul, ferme a communia luce, & spiritu seclusus.

Persona Christi plenissimum maiestatis theatrum.

CAPVT V.

Videndus
Nicephor.
l. cap. 4a.
qui Christi
effigiem &
statuoram
describit, &
inter catena
commemo-
rat eum

mox povi.

Vide Arno.
genses de
cuius sensi-
bus hac ex-
profia.

AT quis virū eterni Patris, eternus filius, Angelorum deliciae, beatorum lumen, Princeps pacis, humanæ salutis parens, auctor nostra libertatis, mundi restitutor, in quo ne minimus quidem ynguiculus fuit, qui non spiraret diuinitatem. Si quidem frons maiestate plena, quod illi cum cœlo perpetuum erat loquacitatem commercium. Ita grauis, ut terret, ita amabilis, ut illiceret, terret quidem improbos, humiles vero, atque abiectos erigeret. Tanta autem inter viræ fuisse acerbitates serenitate renidebat, ut non dulcissimam stellaræ, non serenius fulgerent lacteus circulus, non placidius spirarent Etesiae. Nasus leni, & modico tractu diffusus, non rugosus, non asper, non aduncus, cœlestem beati pectoris spirabat prudentiam. Oculos infra superciliorum arcum blandirentur nitidos soles dixisses, cum increpant fulgura, cum petrumperent animos fulmina. In labris omnes gratiae secesserant, omnis affuebat lepos, hinc lactis, & mellis flumina, hinc nectaris riui, hinc ingis cœlestis sapientia.

portigere manus, & iam molles articularum commissuras explicabant, & capos membris assurgere, & senecte leculos deporabant, alienis paulo ante centibus defici, cœcos videre, & iam oculum dicimus esse, qui sine oculis luci cui procreari. Vnus Natura fuit ad cuius casu, ionem iusta fana se coicebat maria, procellarum turbines, tempora, ad eamque sidebant, qui suauiter elementa terga famulatu levissimis passibus impune cœlabat, unde ipsi stupentibus, & se ad conditoris famulatu abiiciente natura. Vnus qui numerosissima quinque millionum hominum turbam se per faxa, & solitudines affectarem, quinque panibus saturauit, & ne præstigia viderentur incredulis, sex portarum sinus reliquiarum fragminibus impluit. Vnus qui vetes inferni, mortisque repagula potentissima voco refregit, & post tertium diem funeris rediuita cadavera, ex pollinctoriū saevis expedituit. Vnus qui mentis humanae latebras, abduolu recessus permearet, & quid quicunque animo volueret, quid consilij agitaret, dilectissimæ simulationis integumentis explicatissime peruidet. Vnus qui cum unam vocem sunderet, à diuersis populis, & dissona oratione loquitos intelligebatur. Vnus denique potens ubique opere, & sermone pauper in nostris, diues in suis.

Passio ipsa plena maiestatis, & magnorū argumentorum seminarium.

CAPVT VI.

QUOD si oppressa virtus maximè luctuosa est, qualis iniicitur animo species, cum illum in nostra salute procuranda inuidia flamma circumuentum, pro nobis ictum, & fumant videmus, dum faces in nostrum exitum comparatas suo cruento reflinguit.

Factus pro nobis victor, & victima: Et ideo Christus, & vicitur quia victima: pro nobis sacerdos, & sacrificium: ideo Sacerdos quia sacrificium, faciens nos de Dei seruis filios, de Deo nascendo, nobis seruiendo. Eheu tantum virum servilibus flagris subiectum! finge enim hæc à me non narrari, sed a te videri.

Constituitur in domo prætoria infelicissi-

num spectaculum, nudatur corpus verecundum, purissimæ virginis partus, & à fœdissimis lorarijs diuerberatur ad necem. Instant illi voce, & flagellis, cruento non minus ebrij, quam vino, ad columnam alligant, verberibus contundunt, plagas plagiis ingerunt, et ceteris iictibus locus retronat, ex membrorum laceratione vis sanguinis existit, & iam in rotolo corpore nulla corporis facies, cum innocentis agni ne minima quidem vocula, inter summos cruciatus audiebatur. Addunt satellites supplicijs contumeliam, nam purpura suo sanguine purpatum corpus induunt, coronam spinibus spinis aculeatam venerando capitum affigunt. Regem salutant, & os Regis percutiunt, ac teterim redundantem cœnarū popinam cum spulis afflant speculo Angelorum.

Mox ubi deuentum est in caluariam, sacrilegi accingunt se ad carnificinam, & iam mortuum corpus dirissimo crucis multante supplicio. Clavis configuntur innocentissimæ manus, quæ iniuriam nemini, omnibus pepererant salutem: ferro vinculo constrinxuntur sanctissimi pedes, miserum mel pro mea, & omnium mortalium salute fortiter asserenda tam crebris itineribus exerciti. Nantant in cruento oculi, duo illa quondam bonorum sidera, improborum vero fulmina: silentos purissimum, ex quo mellei depluebant fau, vincita est lingua, quæ silentio ipso particidarum arguit crudelitatem. Ad hunc aspectum exhorruit cœlum, & arra vestre suum eluxit conditorem, princeps siderum se repentinis tenebris obduxit, & tantum scelus erubuit, tremuerunt Angeli, cœlestis illachrymavit Pater, ipsi rularunt inferi.

Sed haec omnia sunt humilitatis, quantam habere possunt in dicendo maiestatem: Eras, omnino eras, magnum est, & tandem, & Deo dignum spectaculum in corporis lacerationis sibi hærens animus, inter procellas tormentorum mens quieta, inter atrocissima saevientium inimicorum odia, & supplicia profusa charitas, qua Christus in extremo etiam vitæ spiritu quicquid habuit vocis, virium, & sanguinis apud Patrem pro carnificum salute deprecatus impendit.

Tertullianus exclamauit.

Certe de Iobi patientia Tertullianus exclamauit. Quale in illo viro sererum Deus de Diabolō exstruxit, quale vexillum de inimico gloria sua extulit, cum immanadā viceris

sui redundatiam magna æquanimitate distringeret, cum erumpentes inde bestiolas in eodem specus, & pastus foraminosæ carnis ludendo renocaret.

Vides Iobum magnæ, & illustris pompe ferulum Deo, & Angelis spectatoribus progrediens, sed quem Iobum non iam apud suos nominatum, non auctoritate grauem, non affluentem diuitierum copia, non numero seruitio stipatum, non vestis nitore fulgentem, non præclarissima gloria circumfusum, sed Iobum nudum, & orbum, irrisum, Iobum in sterquilinio, viceratum, fœtidum, purulentum, hunc inquam Iobum vides, in quo scilicet, tanquam in turri æna triumphorum cœlestium vexilla defiguntur? Quantam agitur putas Christi fuisse maiestatem? Christi quantam in æterni parentis suum refusam habita pœclæ gloriam, cur in inter ciudicem inimico-
rum perulantiam despctus, vexatus, spuriis illitus, vincitus funibus, cæsus flagellis, spinis daceratus, in cruce demum atrociissima lama deformatus extremum spiritum pro hominum salute tam constanter, tam pie, tam feliciter effudit.

Non milii quidem crux videtur patibulum iugias. ignominia, sed iniuria perfuncti periculi, prædictio amplissimi beneficij, testimonium præteriti temporis, trophæum fortitudinis, aræ gloriae, theatrum amoris, gnum vere magnum, quod ubi tanti crux purpurea Crux purpuit de fibrum, nunc inter augustorum dia- us lucet dematum margaritas purius fulget quia Luna quam Luna inter micantium ocellos siderum, & in apicibus regum triunphant, quod fureferorum pe- dibus fuit ante subiectum. Ingens profecto hic liber, ex quo magnorum voluminum series, & infinitum argumentorum exigit affluentia.

RESURRECTIO TOTA SAPIT DIGNITATEM, & FÆCONDAM HABET ARGUMENTORUM MATERIAM.

CAPUT VII.

Quid deinde? At illi eroes animi non crudelitas dum more, cruciati, crucifariati, etiam noua bellum gerunt in mortuum, & attentissime quidem obseruant omnia, ne quis corpus è tumulo surripiat.

XXXX

Redit

Carnificum
crudelitas.

Christi con-
tumelia à
satellitibus
sæta.

Compassio,
Christo eis
afflictibus
pius.

Iesus in
morte
Christi.

Tertullianus
Patientia Iobi.

Christi resurgentis triumphi.

Christo ad mirabilis pulchritudo restituza.

Gregorius

Nyfl. orat.

Lda resurr.

Redit tamen illa mens, redit victrix, glorie sue splendore quasi purissimis vestibus amicta innumeris Angelorum beatorumque ciuium chorus septa, quorum alij (opinor) triumphos canunt victori, alij gaudio tripudiant, alij palmas, & lauros praferunt, alij iucundissimam ecclestium florum messem plenis manibus inspergunt. Interim anima subtiliter influit in corpus, quod in morte reliquerat, sive pene simillimum facit: Nam lapidem statim permeauit, nec eius subtilitatem marmoris soliditas restitit. Et ubi iam oris pallor? ubi illata spitorum foeditas? ubi concretus sanguis? ubi spinarum vestigia, ubi huientes humeris ubi manantes eructoris riu? ubi flagellis artus concisi? Tam brevi momento tan ta ignominie fuligo detersa est, & glorie fulgor occupauit omnia. Et nunc quidem frons serena, nunc illustres oculi, nunc ad gratiam rubescentes genae, nunc os purpureum, nunc collucet, & vibrat auro cæstaries, ad summum totus est quasi sol prorumpens è nube.

Ω περ κατὰ τὸ τρέκειν οὐδον τοῖς ὄφδαλοις ήμεν θάμα, ἐν φῶς πεγματρίᾳ, τὸ τας ὀψεις ἐκ μηρίων λαμπταδαν ἐρανίζουσιν, οὔτε πάστα ἢ τὸ χριστοῦ εὐλογία κατ' αναστολαν παρουσια, τόπον ήμεν τὸ μέγα φῶς ἀπεργάσεται.

Non aliter quam in spectaculo nobis aliquo proposito lumen unum ex innumeris facibus conflatum perstringeret aciem oculorum, omnis Christi benedictio in resurrectionis fulgens gratia: magnum animis nostris splendorem immittit.

Ascensio typus est gloria, & nostra pignus fides.

CAPUT VIII.

*S*pelta deinde triumphos ex hac victoria consequitos, & videbis non quidem quadrupes albis per laureatas militum cohortes volantem, sed lucida aube circumfusum, penetrantem in illos aeternis sideribus illuminatas domos, stœ gloria iam diu destinatas. Que gradientis maiestas, que oculorum fulgura, quis virtus splendor, que lux exto-

Christo af-

enda. si

to corpore defluit? Mirantur illibati stellarum quid sunt ignes, obstupefir luna, sol ipse moderator cœlestis siderum, fons, & dispensator luminis, suas te corpora nebras cum tanti luminis fulgore comparatas ingenue fateret, cœli deinde omnes sanctissimo horrore perfusi, certatim sibi tam sanctum, tam augustum, tam diuis, hominibusque salutare sidus, omnibus votis desiderant; verum maius est quam ut istis fedibus derineatur, longius ut appareat progreditur, & recta inuolat in aeterni Patris finum. Aperiuntur igit̄ seculi clausæ fores, & cœlestis triumpfator ingreditur. Quanta, quam velox! quam stupenda cœlestium milium aries occurrunt intranti? qui vultus? quæ lumina? qui apparatus? qui flores? quæ suffimenta? qui venientium, hinc, & inde beatarum mentium concursus? quæ colloquial? quis amor? quæ vniuersalitatem laetitia? Qui Patris eterni, & filij complexis, quam sancta! quam suauis! quam fidelis consociatio! hoc ne Angeli quidem possunt dicere.

Ascendit in cœlum, ad Patrem scilicet fru- D. Amb.
ctum carnis preferens, in discipulis iusticia semi- serm. de
na derelinquens, Dominum eunem ad cœlos: natura
non praedit sed comunitatur gloriosa capitulus: festi- uum.
nus ante vehiculum ducitur, sed ipsa euhis (al. Penitenti- uatorem): Quodam enim ministerio dum filius
Dei filium hominis suffollis ad cœlum ipsa capi- tuuitas portatur, & portat.

Panegyricorum sacrorum magnam, & r- berem esse materiam in sanctissima Virgine Maria Dei Matre.

CAPUT IX.

*Q*uod si panegyricorum etiam flores co- *Oratio va-*
gitas, & volucris, atque incitata luxuria *luoru.*
et cupit in mulierum laudes oratio. No- *Helenasax*
li, quæso noli apud Iosocatem Helenam que- *Marii &*
rere illam Marii, & Veneris lustuosam fa- *Veneri.*
cem, in quam venalis lingua myrocheria, la-
ciuientis ingenij diuinitas sophista pictior ef-
fudit.

In promptu est quam laudes, & que tibi *Maria vir-*
laudationis præmium reddit cum fæno; *genium*
Puella roties mundi iam prope depositi, & in *aduentus*
aeternis cordibus ingemiscensis precibus, ac *expulsus*
vallis

votis expedita, quinquaginta ferme saeculorum opus, que à mundi cunabulis ad eius usque eunas effluxerunt.

Tantæ molis erat naturam Genitricem Deo, Domumnam mundo, vitæ reparatricem Mortalibus partuire.

Humilis quidem est eius species, sed quæ plurimum hausit de cœlo, ni se tamen illi celum nunquam ante sic omnium ornatorum copia diffusa penitus affudit. Noli tibi hic fingere suicari medicamenta candoris, genalque cerussatas, vibratos ferro crines, nodosque tortiles per inexplicabiles meandrorum sinus implexos: noli querere purpurissam, stibium, baccata monilia, stelagmina, murenum, mufaria p. uirina, torumque illelud muliebris mundi choragiūm, quod pulchritudinem mentiri, potest non facere, *cens eti* enim *neptiarum pretiosa*, quam illæ studiosa luxuria conquirunt, que carius volunt insinuare.

At certe una, pulchritudo est, quam mentis integras effici, viuus Dei color, & ille quidem totus afflorecit Virginis, quam omnium virtutum integer, atque illibatus decor, tanto gloriæ coronat fastigio, ut nihil sit in diuinis operibus nec splendore magnificentius, nec suauitate dulcior.

Itaq dicitur Mistrum ex doctrina Hebreorum P. in cap. facientiū que semper sat ante faciam Imperatoris, creaturarū admissio-

Et certe cum attentius cogito, mihi videatur ille summus rerum artifex, & moderator Deus, in hac una anima proprie conformanda scipso usus exemplari, meliori quoddam pollice in opus incubuisse, & delicatissimis industria lenocinijs in hanc unam sui verè imaginem luxurias, ut esset quod in arce rerum humanarum positum, omnibus imitan- dum proponeret.

Quam ob rem ubi stellis mens purior, & tot exquisitissimis affluens ornamenti illapsa est in corporis contubernium, non est illi intincta fax ista fœda, quæ à nostri generis auctoribus pium accensa, latissime in totum postea genus deflagravit; sed ut puro, & micante auro sapphirus, aut adamas purior inolevit; sic illibato corpori castissimus animus Dei iata dispensans manibus inditus est, ut nulla conceptæ Virginis labecula generis adhæresceret.

Maria na-

— Editus est deinde in lucem partus ille matris aureus, cui ego facile crediderim mitiores coeli faces elementius illuxisse, & è diuturno iqualiore recere tam risibile natura, quod si bi tunc obortam lucem putaret, cum eam

libaret oculis, è cuius vtero fons ipse lucis erat emersurus. Educia est deinde puella inter pudicissimos parietes, in sanctissima patriarum legum disciplina, & iis magnarum atrium instructa studijs, quæ aduenienti Deo nobilius instruerent sacratum. Premebat anorum moras antegressa virtus, & vix legem cerebat ætatis, cui ponere natura leges erubebat. Iam à prima ipsius ætate Maria virja, tot in ea micabant dores, quot serena nocte fulgent in cœlo stellæ, infar tandem gemmarum suis orbibus affixa, habuit enim, ut scitis in tota vita mirificam omnium virtutum societatem, quibus illam veluti ætatis telam præclarissimi guris pertexuit. Eniuit aliquas formæ elegans, sed eam parum pudici mores infuscarunt: Aliam pudicitiae Quantum lumen exornauit, sed obsoleuit superbia. A Maria cetera natalitijs imaginibus clara, virtutes in ce- ras matronas dotibus ante virtutis maturitatem decoxit. Alia forsuperarit.

Quantum lumen exornauit, sed obsoleuit superbia. A Maria cetera natalitijs imaginibus clara, virtutes in ce- ras matronas dotibus ante virtutis maturitatem decoxit. Alia forsuperarit.

Sic eam ferventer certabant virtutes, omnes vicebant. Sed neque naturæ bonis erat destituta, nam phanum formæ quedam in ea diuinitas perfirringebat aspectus, frons pudica, ve ecundia sedes moliter allusgebatur, sub nigris, & arcuatis superciliis emicabant dulces oculorum facule, que quā fortiter in intimū pectus Numinis penetrarāt, quis ignorat? Nas⁹ venustissime incurvus cæligatæ fronti columellæ faciebat, labra subtilia mitis faciundæ, & cælestium gratarum receptacula, magna sermonis affabilitas summa incessus modestia, vultus sine mollicitate decorus, sine fastu grauis, in perpetuo sereno positus, exundantem de cœlo vim latitudine vix capiebat. Longum esset cætera persequi, omnia dixerō, cum Dei matrem dixerō, sed hanc dignitatem cum omnium non dicam hominum, sed etiam Angelorum

Linguæ pro viribus prædicarint,
cogentur exclamare, *De dile-*

cta numquam fale.

Xxx 2 ECCLÉ

*Ecclesia o-
pus Christi.* *Ecclesia opus Christi magnificentis-
simum.*

CAPVT X.

Etiamne parum maiestatis habere videtur Ecclesia sanctissimo Domini cruento fundata, & ad hunc usque diem locupletissima ornamentorum omnium accessione propagata? Evidenter videre mihi video illam Christi sobolem nunc aureo curru, & lucentibus quadrigis inter consia palnis virentibus, nemora, latissimo cursu volantem, cui plura sunt diademata, quam come arborum, plures coronae, quam ignea siderum formae cōvertuntur, plures iuxta auro, & margaritis triumphi, quam sunt ora, partesque terrarum: Nęque enim suam gloriam his mudi, curculis, & vitæ spatijs definiuit. Fertur autem vietrix, triumphatrixque viuens per calcatas Deomonum cœrueces, per impressa suis vestigijs tumentium satraparum capita, per tot hæreticorum turmas florentissimo. Marte concisas, per tot cerastas comminutas, quo um etiam fatum super extractæ è vereculis expectant nitidula.

*Apostolorū
vocatio.* Ar quibus initijs ad hanc gloriam effluerit: duodecim homini, qui auctoritate graues? nihil illis contempnū, opulentia copiosi: quid magis nudum, aut destitutum? eloquentia gloria celebres? nihil infantius: iam tamen illi è fluviorum ripis, & pescatur recentes, callosis ex diurno labore manibus, longa macie torridi, & omnis conciliatricula illius urbanitatis expertes, rustici è tugurijs, & mapalibus educti, triumphos regum meditantur, partuntur inter se orbem terrarum, viatorias, & spolia definunt, per abrupta montium, & disiectissima quaque regionū, ignis veluti quadrigis euecti volitant, feruntur pene extra solem, & sidera, per squalientes arenarum tractus, per tostas vehementissimo solis appulsi regiones, per æternō frigore rigentes plaga: in quibus nullum humani cultus vestigium. Perueniunt deinde ad numerosissimas gentes, pugnant nudilacesri, interres, contra Reges, satrapas, praefides, iurisperitos, sacerdotes, fluēris in suos humeros totius mundi aciem excipiunt, persuadēt impia religionem, auarissimis paupertatem,

*Apostoli vii
in fortissimi
in hominū
conuersione.*

omni libidine inquinatissimis castimonianis, & quod stuporis plenum est, contritis Dæmonum simulachris, templisque falsorum numinum excisis, cruciarj vexilla in clarissima luce terrarum defigunt, fulgent deinde mucrones in iugulum exerti; tonent minaziant: qua parte violent armorum fulmina, præsto sunt qui excipiunt, qui toto pectore mortem induant, & vincant moriendo.

Ex eo semine se trudit Ecclesia pusillus greci imprimis tanquam nidulus inter scopulos gentilitatis affixa, quæ melioribus afflata sideribus crescit in immensum, tulditur, vexatur, premitur, iam de eius vita clamatum putatur, iam vespillones tumulum apparant, iam meditantur exequias, cum illa nouis viribus repubescens, & felicibus euecta pennis tranat maria, & ex ruinis suos triumphos inauratur.

*Ecclesia in
clementia.*
*Duris ut illex tunica bipennibus.
Nigra feracu frondis in Algido.
Per danna, per cedēs, ab ipso.
Ducit opes, animumq; ferro..*

*Quanta & quam preclara: laudationis
materia in sanctorum Martyrum cer-
tainibus, & religiosa sanctorum ri-
ta.*

CAPVT XI.

Qua voce præstantissima Martyrum pro fide certamina, & magnificentissimum triumphorum gloriā prædicare possim? hic mens obstupefcit, rigid membra: præstrictus tot radijs hebetur animus, sui argumenti magnitudine absorbetur oratio.

Instruuntur, Proh fidem, & religionem! tota terrarum orbe carnificinae, nouis, inuisis, inauditis suppliciorum generibus apparatus: instant Imperatores barbari extiales, funesti, humani generis lanistæ portius, tortoresque impurissimi, quām Principes, & quos uno verbo clariss appellauero, Nerones, Domitianii, Decii, Diocletiani, atque ex veteri illa immanitate, Sapores, Monimuchi, Duaniani.

Hoc unum habent in votis, ut Ecclesiam illam coelaplantam, iam lateo gemmarum imperatione patru turgentem, & se per dumeta hilarius barbari cito.

*quid' olim
Ecclæsia in
tentabat.*

fferentem, tormentorum procella, cruxis que humani fluctibus obruant. Producuntur ex omni terrarum regione, Episcopi, sacerdotes, senes, auctoritate graues, religione sancti, ætate venerandi, quibus se comites adiungunt, matronæ, & Virgines, sexus imbellis, tenerique flosculi parvulorum, quorum statula ferri ipsi poterat videri miserauda. Trahuntur ad Prætorum subsellia, & a subsellijs ad amphitheatra publicamque laniam, unius criminiis rei, quod summum numerum colerent, in omnes beneficii, solis Dæmonibus inuisi, torquentur corpuscula, quibus vix erat vulneri locus, non habebant quæ ferrum recipere, habuerunt tamen, unde vincerent.

*Martyrum
supplicia.*

Sed quid dico, ferrum, iam neriuus, & micro, & virga plumbaræ, & ferrei pectines, & vngulæ, & cætera exquisitissimorum suppliciorum instrumenta, quæ sine horrore ab ipsis crudelitatis administris aspici non poterant, pro ludo, & delicijs habebantur. Fera ipsæ alijs semper feræ, solis martyribus clementes nati, videbantur, quod celeritate mortis saevitiae facerent compendium; Quamobrem alia iam tormenta quærebantur. Ardebant liquato plumbō perfusi, lento igne cremari, nunquam & toties mortui; In vicem nocturnorum luminum ardebant, inter arenae protoruum licentiam, & lascivientium greges cibri oīum, quibus clariiores stellas cælum non habuit.

*Tortmento-
rum vania
genera.*

Mugire cogebantur in Tauris æneis, valentissimo igne succensis, qui ad Symphoniam beatarum Mæntium euocabantur. Objiciebantur Vespis melle delibuti, sole flagrantissimo, purissimis apibus ipsi castiores. Premebantur torcularibus, quorum beatissimus crux vinum erat Angelorum. Includebantur scaphis lento, & exquisito supplicij genere per varias mortes cruciati, quos proximo caeli manebat immensitas.

*Martyrum
confessio-*

Torrebantur in ferreis eratibus, qui sparfos floribus, lucentibusque margaritis interstictos pro Christo lectulos spicuerant; Atque inter tot poenarum acerbitates cum rena cruxis ebulliente, conciliisque carnibus paulatim cum languine vita desflueret, manus, nebat tamen glorioissimi facinoris conscientia erectus animus, contemptor deliciarum, penarum irrisor sui victor, triūphator tyrannotor, qui tot sibi ora ad Dei laudes celebrandas data putabat, quot erant in corpori.

re vulnera, in quem hoc carnifices poterant, quod aduersus solem nebulæ, qui denique ex catastis, & crucibus, & incendijs integer euolabat in cælum. O fortunatam mortem, quæ naturæ debita Christo præcepta est! solem ipsum beatissimum, qui vos ex rogis in cælum tendentes exceptit!

Vos fortissimi dum vixistis, nunc postquam à nobis excessistis, sanctissimi milites, nobis hanc patriam vestro cruento peperistis; Vos trementes populos, & effusos in tam exilia corpora carnificum globos magnificissimo patientiæ spectaculo superastis...

Vos cœlum aperiuitis, Vos calcastis inferos, Vobis pro diademeate, & coronis candentes galæ fuerunt, pro margaritis vulnera, pro exquisitis dapibus ieiunia, pro voluptuarijs horris faxa, & solitudines, pro confectis voluptate balnicis stagna glacie rigentia.

Actum est vobisecum præclare, beatissimi, nam inter palmarum vestrorum fructus mortui, properant spiritum effudisti in victoria. Vobis vero tot sunt tumuli, quot ora terrarum: torlaudes, quot ora gentium: tot triumphi, quot pompa virtutum stat ipsa trophyorum vestrorum moles magnifica, insculpta literis, vestro ipsorum cruento feliciter exaratæ, amplis illuminata gloria sideribus, quibus ut luceant faces succedit æterritas.

Qua vero in parte miraculorum eos con-
Religioſi, stirnes, quibus tota pene vita martyriū fuit, qui eas humanæ vite blanditiæ, quibus opressa virtus consuere nonnunquam solet, fortiter a pueri repudiariunt, qui se à corpore, & hoc sensum commercio auocarunt, qui ad diuinarum rerum cognitionem curam omnem, studiumque traduxerunt, homines curarum illecebri, & negotiorum anfractu expediti, toti harentes origini suæ Deo, qui buscibus ieiunium est, paupertas opulentias, cruciatu deliciae, qui quod rarum, &

difficillimum est, antequam morentur, sponte ceperunt.
exire de vi-
nis.

SACRAMENTORVM MAIE-
STAS, & Ordinis præcipua quedam
excellentia.

Cum Ba-
ptismo nihil
comparan-
dum.

Qvod si Ecclesiam iam constitutam con-
sideres, & eam augustinam, quam à
cœlesti sposo accepit sacramentorum
dorem, fertilissima dicendi seges, maior eriam
admiracionis ratio suggestur. Quos mihi
fontes ex toto illo historiæ naturalis appa-
ratu, quam aquarum salubritatem, qua sali-
entium venarum miracula inuenies cum
baptismo comparanda? quo Dæmonum vites
tamquam in humido serpentes deficiunt, quo
tota inferorum machinatio refingitur, quo
eluto corpore induit animus sanctitatem. Ne
quo certe, & reliquis Ecclesiæ mysterijs mul-
ta hic meditatur animus: sed ad singularem
ordinis maiestatem mea festinat oratio.

Sacerdotij
potestas ad-
mirabilis.

Quanta est Deus bone! quam stupenda!
quam pene incredibilis hæc potestas! quæ
non vno contēta munere, duas casq; omnium
amplissimas diuinæ virtutis dotes amplexa
est Eucharistiæ consecrationem, & integrum
peccatorum condonationem. Quid ergo iam
mirer ad vnam Moysis virgam, modo crue-
tos amnes fluxisse, modo discessisse maria,
modo in se resoluta coaluisse, modo largas
aquarum venasè saxis exiluisse. Hæc sacer-
dotis potestate superata videmus. Verbi quippe
sacrosancta cum pronunciat, continuo aut
fit sanguis Christi: aut cum inhibet, peccato-
rum pelagus exarescit, aut cum retinet insa-
næ veluti fluctuum attolluntur, aut moles
cum faxo, & adamante duriora ferit pectora.
Iachrymarum copiosum imbrene elicit, peren-
nisque diuinæ gratia riu in animos influunt.

Cælum.

Eucharistia

Miramur deinde hoc vno verbo, *sacra-
mentum*, tantam, tam splendidam, tam spe-
ciosam molem: tot lucentium signorum ve-
luti picturis vermiculatam, tot facibus collu-
stratam, atque tot miraculis refertam emer-
sisse.

At hoc mirabilius una sacerdotis voce, De-
um ipsum, à quo cælum, tellus & amnes, &
maria, & quidquid ætheris omnia cingentis
plexu continetur emanauit, se in orbicu-
latam modici panis speciem induere.

Miramur ad Heliæ preces ignem de cœlo Nibil con-
delapsum in victimas. Hoc mirandum porius parandæ
quod ad sacerdotis verba Deus noster ignis De natura
omnia comburens influat in hostias. Miramur ad imperium unius principis Iosue so-
raculus Chri-
stum in medio cursu repellsum constituisse. O si n'Encha
bediente Domino voci homini, parum quod rilla
sol in cœlo steterit. Hoc illustris, quod ille,
cuius est sol velut de maiestatis folio de-
tractus, in sacrificantis inueniatur mani-
bus. Quid multa stupenius, quoties ad hanc
vnius puella orationem, fiat mibi secundum
verb. m suum, Deum, Deum (inquam) hu-
mano corpusculo circumuestrum: Ac hoc in
sacerdotis manibus quotidie perfectum ve-
neramur. Proh fidem numinis/ quales & quâ-
tas oportet esse manus istas! Quam præla-
ras, quam innocentes, quam pudicas, quam
venerabiles esse oportet istas manus, quæ
Deum cœlitus excipiunt, Deum tangunt,
Deum tractant!

Quanta, & qualia esse oportet ista labia, *Sacerdotum*
quam pura, quam impolluta!, quam augusta puritas in
labia, quæ Dei viagenam filium, Angelorum celebrando.
amores, & delicias, mundi reparatorem Chri-
stum, intra sua claustra demissum, cum omni
veneratione salutant! quid dico salutant? imo
ipsum s. crosanctis verbis eliciunt.

Quid de reliqua potestate licet mihi dice.
re mibi veò licet, quod est libere pronuncia. *Sacerdotum*
re. Hæc sacerdotes, terrarum Principes vestris *vnu mira-*
genibus aduoluit. Hæc miserorum catenas dil-
soluit. Hæc inferorum vœtes, & repagula dif-

fingit, hæc veterem draconem cruoris hu-
miani siti rabidum conterit. Hæc astus & flâ-
mas extinguit. Hæc os putrei funeral obturat,
Hæc cœli fores aperit. Hæc ad omnipotentis
Dei mortales contubernium introducit. Au-
*dax fuit illud Heliæ. *Venit dominus Deus I-*
raelim cuius conspectu sto. Si erit hic annus rot,
& pluia, nisi iuxta oria mei verba homuncio-
nem vnum, pauperem, contemptum, longa
*macie tortidum per triennium cœlum clau-*Regum. 5.*
sisse, nubes verborum impetu atonitas con-
tinuisse, iam iam lapsuros imbres detoisse.
Magnum fateor, sed maius, quod sacerdotes
nostri faciunt, qui eadem lingua sanctorum
*operum administra claudunt iñferos, & cœ-*ver. 17.*
lum iñs, qui ingredi cupiunt diuinissime re-
cludunt, nimis honorati sunt amici rui Dei,
nimas abunde rebus humanis indulsiſſi, qui
homulos ex Adami luto concretos ad hunc
*gloria apicem exuliſſi.****

Hic

lib 40. Hic te appello Tobe virosum omnium qui sunt, & erunt, fortissime, si nunc tecum tibi ex pulueribus resurgere, & cum Deo tot olim sermones misere, deinceps diuina potentia differere: si nunc Deus, quod antea fecit, tibi loquatur de turbine, & dicat.

Accinge ficut vir lumbos tuos, interrogabates, responde mihi, nūquid uox ordinem in cælo, & pones rationem eius in terra. Nouerunt sacerdotes, & hierarchiae coelestis imaginē constituant in terris. Nunquid ergo Iesus es profunda maru, & in neuissimis abyssi deambulasti? ingressi sunt sacerdotes ingens quasi mysteriorum pelagus, & in arcanis Dei ambulant. Nunquid aperte tibi sunt porta mortis, & ostia tenebro a vidisti: eadem ipsa aperiunt, & claudunt sacerdotes.

Nunquid produces luciferum in tempore suo, & uesperum super filios terræ consurgere facis? Gratiam ita Deo dispensante pene producunt, sacerdotes. Nunquid mitis fulgura, & est, & immortalium animos infundunt & reuertentibz tibi dicent adsumus. Anatematum fulmina mittunt, & retinabunt sacerdotes viuū jacorū. O ministerij potestatem, & Dei liberalitatem! Ecce quis erit ita stupidus, & vescors, ut in hac dirione, quasi in suo glorietur, ut dominari desideret in clero, ut Dei claniibus abutiri, non ut velit.

Hæc si quis oratoriè velit uberioris exornare, latissimum campum inueniet, in quo exultare possit.

EUCHARISTIA MIRACVLUM plenum munificientia, & magnus argumentorum campus.

CAPUT XIII.

Eucharistia **I**am cum ad illud Eucharistia sacramentum deniceris, *μυστήριον* vere ut appellatur longè super a Diuo Dionysio, τὸ πάτερ τὸν λεπρόν τον μαρτύριον. *τιμῆς* & ἵπποτες οὐταλον audebis irrisa iam pueris gentilitatis comparare miracula, colossos putri Rhodios, & pensiles hortos Semiramidis, & Cœra labynthos, & aram ex coribus, & mortuorum formam Mausolea, & si quid est nugarum huiusmodi, Proh reculas, & marcescentes umbras vanitatis!

Eucharistia **T**rophaeum *τρόφαιον*, trophæum amoris Christus

quippe Dominus, cum glorioſissima legatione perfunctus in æterni Patris contubernium reuolarebat, quod amici facere solent, à suorum complexibus ægrè diuulsi, & in longinquas tetricarum oras prosecturi, ut apparatissimum munus eligant, quod in perpetuum benevolentia pigius, & amoris solatium suis relinquant, hoc perfectit tantò nobilis, quanto dilexit ardenter, & potuit magnificenter. Neque enim suis expressam in cera, aut in auro politissimis lineamentis effigiem, non sigillum, non anulum, non quidpiam simile donavit, sed corpus, & sanguinem, animum, mentem, diuinatatem, se denique totum, quod poterat dāpoy *Εὐχαριſτία* suis fratribus tradidit, ut *Ιησοῦς* corpus, quod ex argilla nostra traxerat, eccl^{um} autem vi iam radix gloriæ vestitum suo iure reperebat, arte mirabili, & ante hunc diem inaudita cum cælo, & terris ita diuideret, ut eodem yrtaque pars non disiuso, & communato, sed toto plenissime frueretur.

Et istud hereditarium munus testamenti Gaudetius eius noui, quod nobis ea nocte qua tradebatur tractatu se crucifigendū, tamquam pignus sua presentia cundo.

dereliquit, munus augustum, sanctum manus,

munerum omnium cumulatissima perfectio.

Mirare quantam voles sumptuosam illam,

& plane magnificam Iustiniani imperatoris mensam, quam in templo sanctæ Sophiæ dedicati, suspendum plane donarium,

in quod terra, marisque delibatas opes, puta

lignorum, metallorum, gemmarum omnium

purissimum florem studioſa luxuria

concesserat, ut in unum orbiculum vniuersi

orbis miracula colligeret. Ego vero satis mi-

ari non possum in Eucharistia non fri-

uolum donorum opulentiam, sed cœle-

stium granatum iuge quoddam seminarium,

fontem clarissimarum virtutum, culmen bo-

norum omnium.

Enimvero minime mirum est, cum & illum continet, cuius riuis omnia responderunt, ut orta crescant, crescendo maturitatem assequantur, & matura nunquam seneant. Nec immerito magnus ille Basilius *S. Basili. epi.*

Eucharistiam appellat κονκύρων ἀγέρον, bo-

ad Amphionum enim est, & bonum illud, quod sapien-

tissimo Moysi fuerat antea pronissimum.

Ostendat tibi omne bonum.

O rem admirandam antea! Verbum Dei *οὐ τρόπου* humanos artus induit, nūc in hostiam induit. *ἡ λόγος*

Basil. hom-
decharitate
Eucharist.
Ιησοῦς
πιον nomē-
nat.

Dioī sapientia
Iustines
Martyr. in
Apologeti-
ca.

Greg. Nyss.
in orat. do-
Paphato.

Origines
aduersus
Celsum
Gregor. de
gloria mar-
tyrum in
Polycarpo.

tur. Antea cernebatur in sinu Virginis, nunc cernitur inter manus sacerdotis: Antea niuco lactis rore pascebatur, nunc purpureo pascit sanguine: Antea corpus nostrum assumptum, nunc se in nostrum corpus infudit. Antea se adiecit ad humilitatem carnis, nunc se transmittit in speciem exiguī panis.

Quid, quod sub tam paruis inuolucris totus est, quid quod in minima particula totus, quid quod non illatus ē cōsilio, quod nunquam deserit, sed cum hostia modo prorsus mirabilē repente coniunctus existit, quid quod ut diuinitas replet mundum, & tamen una ēst: Sic innumerabilibus locis consecratur, & tamen unum corpus est.

Quid quod licet strangantur, & immunitur, species Christus tamen non secus aadamā ē fracta crystallo proiliens, non confactus, non diuisus, semper illatus est. Deinde hæc non sunt plena miraculorum!

Quid dicam de ipsis Sacramenti copiosis fructibus, qui in totam Christianorum vitam ex eo fonte latissime diffunduntur? Deo agglutinari! quid dulcissimus? Deo vesci! quid suauissimus? Deo saginari! quid laetus? Deo sanguine in venas admisso irrigari, liquefcere perfundit! quid fœcundius? hoc libidinis somites prefoecantur, hoc sagitta Dæmonis infringuntur, hoc aspergunt medullis, & visceribus cupido in facies intepescunt, hoc castissima flammæ ardore reuiuscunt, hoc omnis sanctitatis decor efflorescit.

Aptous ἐδιορθω σῶμα γενομένοις, ἔγιοντι, οὐ δύσιζον αὐτοὺς μετὰ τὸν προδότην αὐτῶν χρωμένους.

Quamobrem miror vos sapientes viri, qui iam in ipsis Ecclesiæ incunabulis Euchæristiam in turricula argentea solebat assuerare, non minus subtiliter, quam religiosè, hanc quippe significasti turrim esse fortium, ē qua mille clypei penderent, quibus tota vis inferorum, quasi fluctus ad ictopulos allisus habesceret. Laudo te Remigi sanctissime, qui in ecclaliæ aureo, quem Rhemis, in urbe tui nominis obseruantissima, tuis posteris reliquias, non minus dominici sanguinis receptaculum, quam tuæ illius frugalis munificentia monumentum exalati iussisti litteras non tam opere, quam ingenio tuo deauratas.

Haurias hinc populus vitam de sanguino jure.

Vere enim hec vita est, cuius participes esse non posunt, Qui verbo tenus, corde sicut, & Cyprian mente aridi sacris intersunt, vel etiam sommu-ferm-decanicam donum, lambunt quidem petram, sed inde na Domini nec mel suscunt, nec oleum.

Forum quoque esse in eloquentia sacra omnium augustissimum.

CAPYT XIV.

Sed tu nostra fortasse adhuc cogitas, & iudicium subsellia, in quibus illam grauem, & magnificam dominari putas eloquentiam. Concipe igitur animo si potes, tribunal summi iudicis, & tremendam illius diei maiestatem, cœli columnæ magno fragore, fremituque concussæ cum ipso Angelorum horrore, & meu contremiscens, quod stellæ repetitio flamarum tractu decussæ, ut fiôdes arborum decident, quo luna cruentabitur, quo purissimæ solis faces atra fuligine induent.

Quale erit hoc forum, cum post tumultus, stragesque bellorum, post morbosam actis contagionem, post silentiumque februm ardentes in mortalium cori ora perhaecatos, post ferarum incursiones, & carnificinas, post luctuosam agrotum, sitatem, famem, querubiosam enectis pastam cadaveribus, post terræ motus, post quarum eluisiones, infinitasque plágias genium, omnia continent, ardentes incendio, cum ipsæ extinximus fluminum, & sic bantur, & quæ hunc cœlo minantur operosissima adficiunt molitiones, incurvata marmoribus auro, & argento micantes inter minutis pulueris quisquilijs deflagrabunt.

Cum arma, & trophyæ, & Regum sceptra, & coronæ, & tiarae, & diademata, & nūdæ in p. bulbum ignis cedent, & gemmæ spumantis freti detimenta, quibus pretium iibido fecit inter flammæ his credo dapibus lætas, & alacres crepitabant. Quale illud spectaculum, cum cœlestes tubæ ingenti fremitu personabunt, cum tota corpora, tot iam seculis cassa, tot milliz, quæ pontus haufit, ignis absorbit, ferrum consumpsit, ferrum dentes moluerunt, morbus attruit, mors ad suamque intencit, tam scènæ

perterritis ossium commissuris, carne vestita,
& spiritu animata consurgent! Quale erit tribunal iudicantis, cuius superbissimos Reges cunæ terroruerunt infants, quo tunc ardorium curruum millia circumstabunt, quo faulibus Angeli, quanto impròborum terrore præferetur illud signum, magnum Crucis signum, à consoleratis toties despectum, toties irrisum, toties conculcatum? Quis incessus, quæ vox, quis vultus iudicis, quis pavore mentium, quis pallor corporum, quæ omnium trepidatio?

Quinam
cum Deo
sunt iudicii
tm.

Infirmi
pura.

Quantæ illa scena, quam gloriösus confessus ducetus est, cum illi hominum despiciëntissimi, illi verberones, illi semaytoto terrarum orbe, iactati, vexati, infinitis supplicijs consumpti, radiatis fulgore capitibus sedebunt de Regibus iudicatur! Quale, & quam insperatum iudicium, cum ad illam fulminatricem sententiam tot barbarorum principum apices contriti, tot purpurae, tot fastus, tot amores terrarum uno agmine derudentur ad inferos, ut eo igne in æternum ardeant; enim hic noster pictura est, ô ferales lectos pruni ardentibus confratros! ô funesta draconum cibilia! ô inexcratibiles flammarij laqueos! ô vermem conscientia inexpiablem! ô poenas immortales! ô longam æternitatem!

At quantum ex altera parte, & quam plenum magnificè theatrum, tot florentissimi Martyrum exercitus, tot Prophetarum oculacula, tot grauissimorum sacerdotum cœtus, tot chori Virginum, tot sidera, quibus empyreæ coeli facies collusstrabitur! quæ triumphatum gloria, quis plausus exultantium, quis salutantium concursus, quæ voluptates, quæ deliciae, conuicta mortalitatis tyrannie, & in æternu extinctis tot precariæ, & male habetis vita laboribus, & que molestij, Deo perfundi, de Deo impleri, de Deo vivere.

Hec si quis parua existimat, in quibus illa sumptuosa, & grauius ashelans desiderat eloquacia, videat sane an in Catulli passere, aut

Plitiae Melioris, aut musica Luciani,
aut in minutulis negotiorum hum-
manorum causulis plus sit
habitus for-
eudita-

Tantam argumentorum in sacra eloquen-
tia maiestatem melius à Christianis
Oratoribus sustineri, qui liquidorem
hauriunt spiritum de cælo.

CAPUT XVI.

Cerrè iam ut vides argumenti maiestate multis partibus Christiani vincunt oratores: reliquum est ut videamus, an cum ipsi in speciosam, & locupletem hæreditatem venerint, eam sua invenient neglectam, vastam, atque incultam relierint. Fortasse enim ijs carent adiumentis, quibus excitari magna triumphantis eloquentia decora poterunt, sauro numinis, ingenio, liberalibus artium studijs, diligentia, exercitatione, praemij denique amplissimis.

Primum, si quod vestri etiam statuunt. Oratores, virtutum bonum tisce Octorem opteret, nec illum quidem eloquentia gloria fieri magnum, aut celestem, sine aliquo afflau diuino. Cumque omnes coacte animos, acerrima quadam agitatione, & veluti dinimo spiritu, qui singulis vniuersi partibus intenditur, esse referros: Quibus tandem magna mens illa plenius se attundit: an ijs, qui acceptas à Deo ingenij dotes ad terreni humanarū quisquilijs tradueunt, & quasi hamis aureis vilissima pescantur anima: cala? Num vero ijs patius, qui cum se in Dcī æte, & peculio toros esse cognouissent, magno, & alaci animo se in societas humanae commercium in Reipub. Christianæ decus, & solatium, & in procuranda mortaliū salutem, penè in ipsius Angelorum contubernium emiserunt? Quod ut commodius facerent plerique, non modo blandissimas illas voluptates, quibus oppressa lux mentis extinguitur, constantissime repudiariunt, sed ipsis etiam ordinarijs, tu extin- quibus hic contineri videtur spiritus, & vita gavitur. perfundi, pene nuntium remisere. Qui vero magis ingenio valent, quam qui detersis vi- ta labeculis se veluti limatus spectaculu, celestibus radijs obsecunt, ut pleniori luce collustrentur? Quam qui ab uxorijs euis, & his negotiorum procellis remoti, toti sunt in rerum diuinarum contemplatione defixi, qui ab ipsa prope tumultuaria sensu confuetudine

Y Y Y abrep-

*Scholastici
veris.*
abrepti, beatarum mentium vitam æmulantur? Qui liberalibus disciplinis vehementius incumbunt, quam qui ex Dei moderatōris consilio f. ciunt, qui virtutem, & scientiam suum patrimonium dicunt, qui in Christiani nominis luce, & florentissimis oibis terrarum scholis assiduo versantur, qui diligentia sunt ita contenta, & flagranti, & audita, vt nullum diem, sine nobilij diuinæ illius supellecīlis accessione præterfluere, atque excedere pariantur? Exinde quae diu in hac vmbretili vita studijs impallescētes sunt meditati, iam matura, & miti suauitate decto, deferant in publicum, exercitatione continua, labore pertinaci, fructu copioso, ostentatione nulla.

Et si quæ vñcimo loco commemorati præmia expertur, quibus extimulatus inardescat animus, num tandem magnum, & magnificum, & D. o dignum palmarium est salus animarum?

*Eloquentiā
sacram do-
cere et im-
tari Chri-
stum.*
Quanta, & quam suavis est gloria, in Dei famulato esse, D. o in procuratione humanae salutis inferire. D. o militare, cuius vim, & arma inferiorum potestates perimeſcant. Quid aliud Christus fecit in terris: quid d. Apostoli? quid Martyres? quid t. Doctorum cœtus fecerit? Quid magnificenter, quam bellum gerere cum viuis: Daemonium vires infingere, perrumpere iniquitates animis iam molitus, atque subactis inferire sapientiam, que in æternam frugem adoleſcat? Quid opatus, quam iuuentis ingenia hoc virtutum succo imbure, quam n. l. a candidata nobilissimæ pubis examina, castissimis disciplinis excolare, & prima face surgentes in haec seratula virtutes deosculari, quam corrobora-
*Pro se' torū;
honos in
lne erudi-
ndi inuen-
tione.*
tata iam honestatis laude firmatos contine-
re, quam pauperibus solatio, diuitibus orna-
mento, ignaris luci, doctis gratia, omnibus esse subſidio? & alios quidem adhuc in terris ad pieratem confirmare, alios parturire, alios in cœlum iam præmississe?

Quis non malit inter haec magna-
narum arium decora,
quam inter rosas
smoris?

Effectus Jacra eloquentia plane ad-
mirabiles.

CAPUT XVII.

AT verò cum eloquentiæ maiestatem ex rebus gestis ab oratoribus, fructuque copioso in Rempub. & in omni genus hominum deriuato, tum etiam, ex splendidissimi-
*Eloquentia
sacra non e
cum elo*
mis in pioſiganda improbitate virtutibus, metiri etiam oporteat; Venerandum est credo ne corona Cresiphontis tam ambitiosa, & superfluenta oratione petita, aut vibrata, tam inſicci semper exitu in Philippum Regem fulmina, aut Catilina, non tam Cicero-
Romanum
nis eloquentia, quam C. Antonij armis iu-
gulatus, aut male diu...a Philippica effera-
tus Antonius, aut post damnationem Iuper-
tacanea oratione detenus Milo, in conten-
tionem cum illo glorioſo cœlestis eloquentiæ fructu vñciant.

H. benuſ certe, quæ opponamus magnificen-
tissima rerum spectacula, ab oratoribus, ratorum
Christiani s. i. que non ferro, & terrore luci-
cinctis, sed innocentia, amore, benevolentia
fretis edita, expugnatost Reges, refrænas po-
tentium viorum libidines, vibes victas, Pro-
uincias miti eloquentie fulmine & cœuli, &
peragras non tam paſibus, quam victorij,
nationes, nouos, & aucta illibatos mundos ad-
fidem Catholicam adductos.

Noudum Christi Apostolos loquor, de concionatoribus Catholicis dico, cui varijs temporibus floruerunt, vicerunt opera gigantum, fluentem in se negotiorum molem, exceperunt, exceptam fortissime sustinuerunt, sustentatam cum laude, & gloria gesserunt, immutarunt peruersiſmos reum status, obtruerunt frenemibus inferi, flagitijs caſtimoniā, rapinis charitatē, la pietati re-
*Contiona-
tore*
ligionem, perdicā, ac p. cfig. t. licenzię disciplinam. Dederunt rebus nouis auctoritatem, pondus antiquis, obſolutis niore, obſcuris lucem, fastis gratiam, dubijs fidem, omnibus vero ordinem, aique naturam.

Video quantus hic mihi ad dicendum cam-
pus aperiatur, sed non excurram quantum po-
tero, tum quod ista sint aliorum iam presa ve-
ſtigij, tum quod in t. m. spectibili luce ſint
posita, vt nullum recellum, nullam obuiu-

bis

nis ymbram admittant. Etenim per Deum immortalem ! quis decem Oraatores Atticos,

D. Dionys.
Aretopagita
quam illo sene Areopagita comparare audeat? qui postquam repudiatis suæ gentis erroribus Christi fidem complexus est, vidit, quid intercesset inter ymbram, & solem, inter fumos, & ignem, inter vanitatem eloquentiæ, & soliditatem sapientiæ. Denique inter Demothenem, & Paulum, inter Platonem, & Christum: Seclusam, quam tenebat inter modicæ virbis muros eloquentiæ, velut aquilam miratus est ingenti quodam torrente rerum cœlestium absorberi, & in ignotos terrarum orbis forcundissimo partu refundi.

D. Dionys.
Aretopag.
gesu pre-
claras ob e-
loquentia
sacra.
Irrigauit Graeciam, aspergit Italianam, penetrauit in Galias, vibes Florentissimas cepit, non machinis, sed doctrinæ suavitate, Martis simulachra, quæ in illo suæ virbis sacrario coluerat confregit, atque comminuit, agrestes hominum lensus mitigauit, spera dedolauit ingenia, superstitiones nefarias, execrabilis ritus, Thyestæas epulas, & tot vagos concubitus implexos per incertum sortis vi sapientia discussit, instruxit Deo altaria, templa dedicauit, candidatam fidelium plebem, magnæ gentis primitias Christo aggregauit, ea demum, quæ gesserat suo cruento, quasi cæza vīsus, & sigillo, gloriosus triumphator ob-signauit, Vir, & viua flore, & mortis gloria, & scriptorum maiestate cū paucis comparandus.

b. Remigij
admirabili
potentia ad
vincendum
Clodoueum
Regem.
Quid deinde sanctus Remigius, Galliarum quoque nostrarum sanctissimum, & felicissimum fidus, cum esset a puero magnarum artium instructus discipulus, annum agens, vigesimum secundum, Rhemensis Ecclesiæ gubernacula suscepit, & is adolescens numerosissimam, atque bellicosissimam gentem demulcere coepit, sensimque ab illa morum asperitate, & haud tractabili quodam ingenij rigore, ad Christianæ religionis mansuetudinem, decusque pellicere. Quantum suisse puras sanctissimi virtutis trophæum, cum inter lætiissimam primariæ tunc virbi faciem, pictorum stragulorum nitore, nouaque cultus gratia residentem, Clodoueum Regem, non iam Martij spiritu vigore terribilem, sed suauissimo religionis sensu delibutum, ad saluberrimos baptimatis fontes duceret, quanta scilicet maiestatis illa verba fuerunt. *Mitis depone colla Sicambe, dora, quod incendiis, incende, quod adorasti, cum*

è vestigio tantus Rex, & tam ferox purpuras ceruices Christi iugo submisit, cum sui exemplu traxit populos innumerabiles, & ad simile factum, simileque virtutem posteros, per tot labentium sæculorum curricula propagauit, qui Christianissimi vere terrarum Reges, pro huius nominis gloria tam saepe arma tulerunt, & gentes barbaras non minus luce virtutum, quam fulgore gladiorum terruere.

Quod si etiam in perexquis seminibus, ybi in concipientem, comprehendenterque naturam inciderint tota vis est, & spes magnarum arborum, quantam censes fuisse magni illius Oratotis gloriam, qui in Clodouo, nō vnius virbis, aut prouinciæ, sed amplissimæ gentis primitias consecravit? Multum profecto debet Francia Clodoueo, qui istius florentissimi regni, tam parua cunabula, magna incrementorum accessione locuplerauit. Plus *plus sancto* Remigio, qui Clodoueum Christianæ debet Franciæ religionis rebus imbuit, sine qua, quid via quam sunt imperia terrarum, nisi speciosa latrocenia?

Longum esset ire per singulos, ex uno cæteros facile cognoscere, nunquam in minutis controvërsijs sacri luserunt oratores, unus semper ludus fuit totas adiungere Christo nationes, & totoras iustare terrarum, quod foliis appulsi, & radis accenderentur.

Potteriora, iam loquor sæcula **AVGVSTI** & **rys** a Gregorio Pontifice cum quatuor duntaxat Monachorum comitatu, missus in Angliam, totâ illam regionem quam tot expeditionibus bellorum populus Romanus frustra **D. August.** sepe tentauerat, intra paucos annos Christo quid fecerit **via** **et ipsum Etelbertum Regem, cum suis suis eloqua-** **tia.**

Eodem successu **LAMBERTVS** Tessandriani Germaniæ, **VLFREDVS** Hollandiæ, & Frisiæ, **SVTBERTVS** Saxonij occupauit, & iisdem armis decicit. At **BONIFACIVS** cum iam puer quinquevis Deo militare ceperit, florentissima tandem gloria concionator euasit, & a Gregorio secundo missus in Germaniam iam libatahi, Frisiæ, Thuringiam præterea, atque Hassiam subegit, & in hoc glorioissimo rerum cursu Moguntiño Archiepiscopatu ornatus, eloquentiæ laureis, mariyij palman adiecit. Haud ita multo post **ANSGARIVS** cum tribus socij sex monasterio Colbie, si in Gallia, Belgica, Batiam, Sueciam, Gottiam, Grolan-

Yyy 2 diam,

diam, cum latissimo fructuum prouentu pe-
ragravit.

*Adalberius
gesla propterea
noquētiam.*

ADALBERIVS ex Pragensi Archiepisco-
po, Cassinensis Monachus, vna cum Gauden-
tio fratre, profectus in Pannoniam, totam il-
lēm gentem duram, antea, & ferocem mitio-
ribus Euangelij præcepis imbuti, Geisman Re-
gem ad Christum conuerxit, mox digressus
ad Sarmatas Russas, Lituauas, Moschis, Prusi-
anis, Poloniis denique, & eorum Regi Boles-
lao fidem promulgavit, qua in mēsc anima-
rum, vir sanctissimus ad stipitem alligatus,
sepiemque hastis confixus martyrii, toties
audim spiritum in martyrio profudit.

*Humberius
quid sua le-
guntia:
fa erit, ergo
Ricetam.*

Quid dicam de HVMBE TO, qui Con-
stantiopolim à Pontifice legatus, v. Græco-
rum Schismā confutare, Nicetam erroris
propagatorem, coram ipso imperatore Con-
stantino acerrime, vehementissimeque vex-
atum co-compulit, vt librum, quem contra fas
scriperat flammis subiiceret.

Quid de HIERONYMO AESCVLO, qui
eadem legatione functus, Imperatori, & gen-
ti nostra religionis veritatem persuasit, se-
camente quadriginta ex proceribus ad sacros
Pontificis pedes, ipsiusque adeo concilium,
quod iudeo Lugduni frequens l abebatur, in-
signi omnium admiratione perduxit.

Quid de Ioanne Capistrano, qui vna ex-
cursione duodecim infidelium milia ex ip-
sis pene inscrutam faucibus eripuit?

Quid de octo Franciscanis, qui in Hunga-
ria non pluribus diebus, quam quinquaginta,
ducenta capitum millia in Ecclesia septa
compulerunt? Possem tibi, & istius minimae
societatis, per tot dumera suū gentis affixa
sempiterni numinis tholo, commemorare

*Quid societatis
tot spolia, tot in Europa, atque Asia congregatus
tot uerga, tot pugnas, tot victorias, & pacata Iaponi-
animarum
salutē se-
serit.*

Quid societatis spolia, tot in Europa, atque Asia congregatus,
tot uerga, tot pugnas, tot victorias, & pacata Iaponi-
animarum, & Sinam inter horribiles habat cultu-
dias, & tot mesles Orientis, tot viriisque
mundi decora, nisi ipsa rerum claritas, & mul-
titudo, quae alii per rūmque versificari solet,
huius viuis obcesset laudibus, & omnem vim
orationis absorberet. Nam tot monumentis
istius societatis hominum clavuit industria,
quot plagæ Solis ortu, aequo occasu lustran-
tur, ut ignoum Soli eum lucum esse ope-
rat, qui illorum laboribus fuerit igno-
tus.

Sed ecce tibi duo præ oculis viri, qui ota-
nem admirationem superarunt, Bernardus,
¶ Vincenzius. Horum alter in illa formide-

losi schismatis flamma, qua Christianus ob-
bis desflagrare cœperat, instruit prouincias, S. Bernard
eloquens.
intercessit hominum iniquitatibus, resistit
audacia, oppressit furem, infectam reddi-
dit, quicquid factum non oportuit, & verbi
diuini gladio suœctus, fregit terrores ar-
morum, vir tantæ auctoritatis, vt per uni-
us os Bernardi purpuriati Patres, Episcopi,
Reges, Principesque terrarum, quasi per com-
mune mundi oraculum loquerentur; Tanti
præterea panno illi, & contempto, Euro-
pam peragranti concursus, & gratulationes
fiebant, vt sidera, si in terras descendenter,
non essent plus venerationis habitura.

Alteri haud errabis, si ve olim Timotheo ¶ Vincenz
rete appinxeris, in quod vibes, & Provincias, v. ob elo-
terrarumque regiones se induant, nam in Va-
quentiam, Aragonia, Nauarra, Burgundia, sacram.
Normania, Auera, Vasconia, Britannia,
Belgio, Insubria, Liguria, Anglia, Scoria, Hi-
bernia, quas ille prouincias non tam passibus
obruit, quam clarissimis religionis tro-
phæis illustravit, tot animas ab erroribus,
& flagitorum œno expedivit, vt Deo-
pus sit idipsum perceperere. Qui enumerat:
nu studiunem stellarum.

Quod si pugnas, & concertationes audire
desider, specta mihi Athanasi, Ambrosij, Sancti
Basilij, Chrysostomi, cum Imperatoribus,
& Augustis, mulieribus, congregatis,
quibus, quid grauius est, aut constantius?
Tonans Regum imperia, fulgurant purpura,
fremunt arma, intentantur exilia. Dece-
ndunt in arenam scemina, quibus ad singula-
rem præpostera, & impotentis naturæ ma-
liam sumnum, imperium, quasi intentus in
bonorum cœrtes aicus arcisserat.
At illi non fecerunt annos, arbores aliis
misericordia dicibus, cœli sciemtis iras,
inclusamque vim ventorum, atque grandu-
num fortiter excipiunt; Stant in causa Dei
præclarissimi athletæ, honestissimo pulu-
serididi, leui, alacres, erecti testimoniem
no, conscientæ, patiuntur, via-
cunt, triumphant, & tandem
omnes infra se pro-
cellas despice-

mar.

Quod

Quod Sacri Auctores sint etiam maximè eloquentes.

CAPVT XVIII.

SED non habent sacri Oratores *arcana se-
mota dictionis*, (hoc enim vnum obiectur)
verius dixeris, non habent ineptias, eloquē-
D. Aug. lib. tes esse falsò negaueris. Semper enim magni-
tudo do-
feci D. Augustini, ut sincerum in omnibus,
Urina Chri- sic in ea re sagax, & prudens iudicium, ubi
bian. ca. 6. (inquit) eos intelligo, non solum nihil eis fa-
pientius, verum etiam nihil eloquentius mihi
videri potest. Et audeo dicere omnes, qui
recte loquuntur, simul intelligere, non eos a-
lter loqui debuisse, sicut enim est quædam eloquē-
tia, quæ magis ætatem iuuentem de-
bet, est quæ senilem, nec iam dicenda est elo-
quentia, si personæ non congruat eloquentia. Ita
est quædam, quæ viros summa auctorita-
te dignissimos, planeque diuinos decet. Hac
illi locuti sunt, nec ipsos decet alia, nec altos
ipsa ipsi enim congruit, alios autem quanto
videtur humilior, tanto altius nouit enti-
tate, sed soliditate transcendit.

(Addit.)

Auctores sa- Possim quidem, si vacaret, omnes virtutes,
ta. eloquen- & ornamenta eloquentiae, de quibus inflan-
tiae longe a turisti, qui linguam suam nostrorum aucto-
res superat. rum lingua, non magnitudine, sed rumore
præponunt, ostendere in istorum literis sacris,
quos nobis erudiendis, & ab hoc seculo pra-
uius, in beatum seculum transferendis prouidu-
denui diuina prouidit. Sed non ipsa me plus,
quam dici potest, in illa eloquentia delectat,
quæ sunt his virtutis cum Oratoribus gentili-
um, Poetis & communia. Illud magis admir-
tor, & stupeo, quod ista nostra eloquentia na-
tiva sunt, per alteram quandam eloquentiam
fauam, ut nec eis decesserit, nec eminenterit in eis:
qui tam, nec improbari ab illis, nec ostenta-
ri oportebat, quorum alterum fieret, si vita-
retur, alterum putari possit, si facile agnosce-
retur.

Hac ille vir sapientissimus, quæ postquam
subiecit, latissime probat exemplis, assert e-
am prolixos aliquot locos ex D. Pauli epi-
stolis, & Amos prophetia, in quibus colla-
comata, periodos, figuræ, notat accuratius
quam vetus Rhetor in Demosthenem, aut Cice-

*Quod Patres Ecclesie nonnulla etiam pi-
cto, & florenti stylo scripsérunt.*

CAPVT XIX.

Animaduerte: est etiam, plerunque in
sanctorum Patrum scriptis, nonnulla tamen
dulcibus ienidere floculis elegatiarum,
tanta styrax suavitate delibuta, tam concinna,
tamque affabre facta, ut cum Rhetorum pra-
stantissimis venire in palmæ contentionem
possint. Lubet ex omni genere hic aliquot
exempla delibare, quibus hunc librum feli-
cioribus auspicijs claudere, atque obsignare
possim. Incipiam a Nazianzeno, ecquis ama-
bo, fuit artifex Epidictici generis petitionis.
Vide ut in oratione de sancto Paschate ut
describit ex adiunctis.

Id est opus, &c.

*Quæ latine hic reddam, quia pre-
lixiora sunt.*

Regina (inquit) tempestatum pompas du-
cit Regi dierum, & pulcherrimo, codem
que iucundissimo stipat veluti satellitio.
Nunc cœlum renidet putius, nunc sol ali-
tior, & auro similior, nunc orbis luna pul-
chrior splendor, atque illibati stellarum choristum
clarissimi eminebunt.

Nunc littoribus conciliantur fluctus, Soli
nubes, aeri venti, terra plantis, plantæ oculi.
Nunc fontes manant liquidius, & hiber-
nis compagibus expediti largius, amnes flu-
unt, præca colludent floribus, turgent gem-
mis arbore, detorsi nitens herbarum tori, &
per virientes agros agni lasciunt. Iam naues,
ut plurimum pisi refertæ vectoribus, cum Διλονησῳ
celeumate solvant e littore, & alas velorum patiuntur.
Explicatur, mox leni cursu fluentibus assuntant πλωματα.
delphini, & suauissime quidem anhelantes
tranquillo mari fidi comites naues dedu-
cunt.

Latus autem agricola serenum intuetur
cœlum, & aratum reficit, frugum largiroi
Deum appellans, tum strenue boues aratores
cogit

XXXX

cogit sub iuga, & dulces imprimis sulcos, totus iam spes delibutus. At Vpiliones eū bimaculat cōcinnant fistulas, & pastorale carnem accinunt, nunc per grāmen abieci, nunc vmbrofis rupibus insidentes veris suauitate mulcentur.

Ex altera parte olitorēs plātas excolunt, aū cupes calamos instruant, designant ramos ad rācas, & tōtērō kūklos teprōs pērisētōs, tō chrysanthētēs, & gēlāsēpōv dea. Žīcētō xālōtōs tōs ēpāsājēs mērā Gēlāsēpōv dāsīmātō.

τούρβοις ἐ-
πολίπει.
διπάτινει
ἴξιτης ησλ.
οικαδομή.
Ἄγιοι.

Interim apis laboriosa explicatis pinnulis discedit ex aluearibus sapiētia datura specime, & iā prata periuolat, iā flores pabulatur, & castra cerea concinnius elaborat, cōtextis veluti disparibus, ac sexangulis fistulis, rectos quoq; vicos, & alternos angiportus mirabiliter implicans, vt operi firmitatē, & elegantiā conellet. Deinde mel in apothecis recondit, erat quippe, & laborat suo hospiti grati animalculū, cījī feriato fructum affert periucādum.

Quis non videt hanc orationem delicatissimis floribus alpersam, nām & omnia ferme veris adiuncta accuratē collegit, egregiē misereuit, summa suauitate temperavit.

Imitatus est hanc descriptionem S. Cyrillus 9. λόγων ιορχασίχει p. 95. in fine.

*Arguta breuitas D. Greg. Nazianzeni in de-
scriptione Pauonis Cicade, Aranearum.*

Eundem quoque sapiunt stylum, quæ habet de Pauone oratione 34.

C A P V T X X .

P Oder ταῦς δάλαζὸν ὄρνις καὶ μῆδικός, σῶτα φιλόκαλός, καὶ φιλότιμός, τὸ αὐχτῖα δίαι-
τη τοῦ περικούκλοτορῶς περιστόντος, τὸ χρυ-
σανθέτης, καὶ γέλασηρον δεα. Žīcētō τὸ xālōtōtōs tōs ēpāsājēs mērā Gēlāsēpōv dāsīmātō.

Qui sit vt arrogās ille, & medicus Pauo, elegantiā, gloriamq; adeō afficit, clata ceruice, aliis aureis stellatis, in orbem cīcūdūtēs, corporis sui pulchritudinē amasijs, cum superbo quodā incēsi, velut in theatro spectandū proponit, & de cicada τὴς δδούς τέττυγα τὴν ἡ-
θεῖς μαράδα, καὶ τὰ ἐπὶ τὸ κλᾶδων ἀσματάτε Cicade καὶ τερεπομάλα, ὅταν ἡλιφ κανθνατὰ με-lyra σημερινά με Gēlāsēpōtēs. Quis lyram cicaciis in pectore dedit? & cātūs illos, atq; garritus? quos cū meridiani Solis cītu ad musicam excitātur, in arborū ramis fundunt. Sunt plane ista calamistrata maximē in Grēco. Περὸν χρυσανθέτης, καὶ καλάσηρον, & dea. Žīcētō τὸ xālōtō.

Item de Araneis in eadem oratione.

Αἱ δὲ λεπτῶν οὔτω, καὶ σερίων σχεδὸν ταμάτων, πολυειδῶς διατεταμένων, πολυπλόκων τούς ίσούς ξευφάγνσι, &c.

S. BASILIVS IN NATVRA QVOQVE FORMI- CA disquirenda egregiē lūst.

Nec minus elegans, & subtilis Basilius in descriptione Formicæ.

C A P V T X X I .

OΥΧ ΣΕΝ διπερὶ τὸ θντων εἰδησιν κατθλεκτέ. ΑΙα μεγαλαυχέιλος τὸ σμικρότα-
τον τὸ προφανομένων ὅτας ἔχει φύσεως
ιρικνεοτάτω, καὶ τὸ μέρη μηκός φύσις,
επάτω. εἰ πνεύματι, καὶ ἀδιματι, σωμάτετο
αὐτὸν ἡ ζει. εἰ ὀστέοις τὸ σῶμα διείληπται. εἰ νεύ-
ροις σωμάτεσμοις τὰς ἀρμονίας τετόνωται. εἰ
μιῶν περιβολῇ καὶ ἀδέναις ἢ τῶν νεύρων περι-
κρατεῖται φύσις. εἰ τοῖς νευτικοῖς απονόθλοις
ἢ τῷ έργηματῳ τὸ θούραον διμελός συμ-
παρατέίνεται εἰ τῷ περιοχῇ τῷ νευρώδεις ὑμέ-
νῳ, τοῖς κινημένοις μέλεσι τὸν ὄρμηκεκνόν
τιδωτό δύναμιν. εἰ ζειν τοῖς αὐτῷ τοῦ θεατῇ, καὶ τὸ

AT qui se omnium rerum scientiā gloriātū
comprehendisse, minimum etiā, quod pro-
positum fuerit, quomodo sit à natura formatū,
factumq; explicare, & quæ sit formicæ natura,
exponere debet. Num eius vita, spiritu quodā,
& anhelitu continetur. Num corpus ossibus
interstitiūtū sit, an neruis, quasi vinculis sine
harmoniæ conjugata, an musculorū, & glā-
dularū circuitū neruotū natura sustentetur.
An ex sincipite medulla per dorsi vertebras
ad caudam defluat. An complexione neruosa
membranulae, membra, quæ mouētū, motiū
vimi, & facultatem habeant. An sit in ea iecur,
& in iecore vasculum bilis receptaculū, & re-
nes, & cor, & arteria, & venæ, membranula, &
præcordia. Caluumne sit, an pilosum, ynni gu-
rum

χοληδόχον & γγένεον ἐπὶ θηταῖς, ψεφοῖ τε καὶ lum, aut multitudos habeat gressus. Quanto tē-
καρδία καὶ σπερμάται, καὶ φλέβες οὐκέτες. καὶ δια-
φράγματα. εἰ φύλος θετινή, εἴ τε σύχωται. μονά-
μεχον θετινή, εἴ πολυτοχίδεις θετινή τας βάσεις.
πόσιν θετινή χρόνον. καὶ τὸς αὐτοῖς θετινής

θετινής ανθητικον γεννήσεως. εἴποσιν θετινής καὶ σπερμάταις τὸ τιττόδημον. καὶ πόσιν οὐτε πεζοῖ πάντες οἱ μύρ-
μηκες, οὐτε ὑπόπτεροι πάντες, ἀλλά οἱ τοῦ τομού ερχομένων εἴποσιν οἱ διάτεροι φέρονται.

Item Basilius Seleucia in descriptione diluvij quae superioris notata est. Anathem, σύρανος χειμάφ-
ρος ή ἣν καβατενή πτερός, δέσμος ἀνέτεμε τοὺς πόσιν θετινής θετινής.

S A N C T V S C H R Y S O S T O M V S , I S T I S E T I A M
orationis pigmentis delectatus.

C A P V T X X I I .

M Agnus in omni genere Chrysostomus ora quidem perspicere sinat. Ingentem denique flu-
tionis delicijs non caruit, & miratus sum etiū sonitū, ac marinas bellulas in eos, qui na-
quidem, quo pačo cum ad Olympiadē uigant, omnī ex parte impetum facientes.
lectissimam feminam ab exilio scriberet, tam
oratoře luserit in descriptione tempestatis.
Quid enim hæc sibi volunt.

Θαλασσαν διέψευστε ποτὲ καταβεβαία
μυχλεούμενοι λινὸς διέσισθε, πλατηγας τοῖς θυ-
ει νεκρούς θητηλοντες, έπειτας θυτούρους
γενομένες, τὰς σανιδας τὸ πλοιωνδιαλυσομένες,
τὰ ισια διαρρυγνά θυμα, τοὺς ισιδες διακλωμέ-
νους, τοὺς κακάς τὸ χειρῶν ταυτῶν διεποτέ-
τας, τοὺς καθερίτας αὖτις τὸ οἰδάκεν ἐπὶ τὸ κα-
ταρομάτων καθηκένες, τὰς χθραστεῖς γόρα-
σι περιπέκοτας, καὶ πρὸς τὴν οὐκανάτην τὴν
γενομέναν κακόντας, θύεις θεῶντας, θρησκεύ-
τας, θλοφούς μέντε μόνον, θεκαναντούς οὐ πέ-
λα, Θ μόνον φανόμενον, ήλια σκότος πάν-
τα βαθὺ καὶ ἀφεγγές, καὶ ζοφῶντες, οὐδὲ τοὺς
πληγούς θετησοντας, θλέπειν, καὶ πολὺν πά-
ταγον τοῦ κυμάτων, καὶ δηρία δακτήτα πά-
τον τοῦ πλατηλού θετησειν.

Tempetas.

Mare cernimus ab imis usq[ue] gurgitibus un-
diue reuulsuum, nautas mortuos summa vnde si creta, ybi dum erratici palmium lapsus p[er] D[omi]n[u]s
fluitantes, alios pessum euntes, nauium tabulas dulis nexibus per arundines baubulas repunt,
dissolutas, perturpa, & lacerata vela, malos ef-
fractos, remos ē nautarum manibus clapsos, De quibus S. Augustin. Non dicuntur ista,
nauceros gubernaculorum loco tabulatis insi- nisi mirabiliter afflui illisima fecunditate facū-
dentes, manibus ad genua implicitis, ac p[re]te- dig, sed profusione nimia grauitate displicant,
peslati atrocitytate in eam consilij inopia reda- Atque ut in omni genere eloquentes fuisse Aug. I. 4. de
ctos, vt tantummodo lugant, ac gemitus, & ciu- sanctos Patres ostendamus, extant Sancti doct. Chris-
larus acerbissimos edant. Non cœlum, nō ma- Chrysostomi orationes in genere deliberatio, stiana c. 14.
re in oculos incurrit, sed densas, atq[ue] obscuras & iudiciale mirificæ suavitatis, quas hic stylo
seuebras, caliginemq[ue] tamq[ue] vi ne propinquos paulo magis oratorio reddemus.

S E R .

Patrum Latinorum stylus.

C A P V T X X I I I .

PAtres quoq[ue] Larini, & si minus in dictione Patres Latini
sint accurari, quam Graeci, istam tamen ple-
tini epidemi-
runque Epidictici generis opulentiam libenter
explicant. Quid enim aliud spirat S. Ambro. in
dicti generis
Hexameron? D. Hieronym. in historia Pauli, &
Malehi, sed maximè in multis sepius ista:
Quid Saluianus in sua Aquitania, quam de-
scribit his verbis?

Nemini dubium est Aquitanos Nouem po. Saluian. I. 7
pulos, medullam fere omnium Galliarum, & de guberni-
ybet totius fecunditatis habuisse: Nec so- Dei-
lum fecunditatis, sed qua proponi inter-
dum fecunditati solet, voluptatis, iocundi-
tatis, pulchritudinis: Aded illa omnis admodū
regio, aut intertexta vineis, aut florulenta pra-
tis, aut distincta culturis, aut cōlita pomis, aut
amoenata lucis, aut irrigata fontibus, aut cir-
cumdata messibus fuit.

At melliflissimus doctor Cyprianus, quas in illis.
epistola ad Donatum Venetur spargit? D. Cypr.

Petamus hanc sedem: dat secessum vicinia melliflissimi
petra, hanc eratici palmium lapsus p[er] D[omi]n[u]s
vite, in porticum, frondea recta fecerunt.

S E R M O C I N A T I O M A T R I S
filiū à monastico instituto
reuoantis.

C A P Y T X X I V .

*Chrys. li. 1.
de sacerd.
Animad-
uerie hic
Proopopeia
sermo-
cationis,
que figura
ad colores
historia. &
sublimis
eloquentie
multum
valet, graue
& prudens
exemplum.*

Et παύδειον φησὶ οὐκ ἀργεῖς τὰς παῖδες
τοῦ σου οὐκ ἀφέθηται πολασσωμένη τολύ,
& cetera, que latine sic reddi possunt.

Patris cui virtute, ac præstantia, fili, me
haud ita mulcet temporis frui numen per-
sue: vt pote, cuius mors, doloris eius par-
tus, quo in hanc lucem editus es continuo ex-
cepitur, ac tibi obitatem, mihi viduitatem
attulerit intempestivam: vt silcam viduitatis
ipsius mala, ærumnas, incommoda, quæ qui-
dem solæ animo illæ complecti recte queant,
quas contigerit, ea ipsa perperi. Nullius enim
oratio patrè possit enarrandis illis negoti-
atorum fluctibus, quos subire oportet puel-
lam, quæ ipsa etiam tu rudit, rerumque hu-
manarum expers, simulaque paternam domi-
mū reliquerit, deinceps immensorum dolo-
rum facibus æstuans, curam, soicitudinem
que supra æratem, ac sexum sustinere cogat-
ur: quam videlicet necesse est seruorum igna-
rias emendare, corundem maleficia obserua-
re, cognatorū popullare insidias, publicanorū
molestias, & quam illi, dum ei tributa numeran-
tur, immunitatem exercere solent, forri,
genero, que animo ferre. Proinde quum de-
cedit pater reliktus à se prole, si forte fœmina
ea est, magnam vel sic matri curam exhibet,
sed ramen hoc ipso tolerabilem, quod illius
educatio tum impensa caret, tum etiam for-
midine vacat.

*Chrys. xii.
prius nā mu-
tor nomi-
nare, qui
tropus lati-
nis auribus*

At filius à patre reliktus matris animum
in dies singulos immensa formidine, tum
multis complet angoribus, vt nihil agam de
sumptibus, quos fieri oportet, vt ille liberali-
ter educetur. Quatum rerum omnium nulla
me tanquam permouit, vt nuptijs iecratis, spon-
sum alterum in patris cui ædes admitterem:
quoniam potius in æstu illo, ac turbine rerum
permansi cælestis gracie auxilio imprimis ad-
iuta, graues illas viduitatis angustias, nulla ex-
parte refugi: cum mihi inter eas ipsas ærum-
nas, atque incommoda solatio esset non mo-
dico, quod vultum istum assidue spectare, in-
que eo tanquam cælataam demortui mariti

*Seneca
vt, qui iuuenes sunt, ad longæ senectutis an-
nos accedant, sperate quadam licet: qui au-
tem iam contineamus, quid tandem aliud,
quam mortem sanguinis horis impendentem
præstolemur? Itaque ubi hoc corporeum
cum patris cui ossibus coniuxeris, tondem
fili, longas p. offectiones suscipe, &
quocunque mare collibitum fuerit, emeti-
re: nemo unice prohibitus est. Ceterum fa-
tisper dum spiramus cotubernum, coni-
atumque hunc nostrum tolera. Nol offen-
sionem auminis frustra, ac temere incurre,
& committere, vt matrem nihil committerat,
tam multis implices angoriibus: qui si for-
te criminari potes, quod te in huius vita
delicias pertractum, rem tuarum curam te-
met gerere cogam: te non iam naturæ leges
moveant, non educationis, consuetudinisque
iura tangant, denique nulla te res alia impe-
diat, quo minus nos statim insidiatorum, at-
que hostium loco habeas, nostrumque con-
tubernium deuites. Sin vero nihil non agi-
mus, vt tu facile, altoque in otio possis vi-
huius vñtra frui: si minus aliud vinculum
certe hoc vñrum te apud nos detineat: nam vt
te a sexcentis amari dicas, nemo certe fuerit,*

imaginem, verisq; ac certissimis lineamentis
expressam mihi licet afferuare. Quo no-
mine puerulus quum adhuc es, primis ad-
huc voculis balbutiens, qua potissimum æ-
tate maximam liberorum suorum vñptu-
tem patentes sentiunt, magno certè solatio,
magnæ iucunditati fuisti. Atqui ne id qui-
dem mecum expostulare possis, quod nos
viduitatis quicquid cōditionem perspæ for-
titer simus sed viduitatis eiusdem angustijs,
cum essent omnia in dies arctiora, paternas
tibi imminuerimus facultates: id quod infe-
licibus papillis permultris vñ venisse scio. Si
quidem patrimonium tibi nulla non parte
saluum, integrumque seruauit: quum nihil et
iam prætermiserim sumptuum corum, qui
tibi nominis istius existimationem aliquam
parare possent, quos ego certè suffici ex no-
stra de te, & ex iis pecunij, quas mecum do-
mo paterna attuleram. Neque verò existima-
re te velim exprobrandi gratia, haec nunc à
me dici: pro rebus portò his omnibus vñam
abs te gratiam peto, ne me viduate altera
intollerias, neve luctus iam spongiis mortis a-
criores tuo discensus facias. Meo me fati oc-
cidentem tantisper expecta: hinc enim pau-
lo post nobis, vt vides, cmigrandum est. Nam *Seneca*
vt, qui iuuenes sunt, ad longæ senectutis an-
nos accedant, sperate quadam licet: qui au-
tem iam contineamus, quid tandem aliud,
quam mortem sanguinis horis impendentem
præstolemur? Itaque ubi hoc corporeum
cum patris cui ossibus coniuxeris, tondem
fili, longas p. offectiones suscipe, &
quocunque mare collibitum fuerit, emeti-
re: nemo unice prohibitus est. Ceterum fa-
tisper dum spiramus cotubernum, coni-
atumque hunc nostrum tolera. Nol offen-
sionem auminis frustra, ac temere incurre,
& committere, vt matrem nihil committerat,
tam multis implices angoriibus: qui si for-
te criminari potes, quod te in huius vita
delicias pertractum, rem tuarum curam te-
met gerere cogam: te non iam naturæ leges
moveant, non educationis, consuetudinisque
iura tangant, denique nulla te res alia impe-
diat, quo minus nos statim insidiatorum, at-
que hostium loco habeas, nostrumque con-
tubernium deuites. Sin vero nihil non agi-
mus, vt tu facile, altoque in otio possis vi-
huius vñtra frui: si minus aliud vinculum
certe hoc vñrum te apud nos detineat: nam vt
te a sexcentis amari dicas, nemo certe fuerit,

qui tibi tanta in libertate vivere concedat: quum & neminem esse purem, cui nominis ikius exstiratio æquæ, ac mihi vni chara esse possit.

In genere vero iudiciali, eiusdem auctoris
præclarissima oratio pro Antiochenis
de statuis ad Theodosium.

CAPUT XXV.

Βασιλεὺς καὶ δῆμος θεόπουτρος, &c.

*Chrysostomil. 20.
ad P. An-
tioch.
Accusatio
Propriet.*

HAbes quidem, o Rex confitentes reos, nec
hunc enim negare possumus: amoris tui
erga hanc nostram ciuitatem prolixam
significationem. Quamobrem grauiter lugemus,
quod vbi tantopere delicto sic furiosi demona
nes inuidenter, utrā quo nobis pericula quæ-
que, & maxime honorifica cecidissent, in eum
peccata seculeris nota videbemur ingredi. Tu
sue diras, sue incendas, sue occidas, sue
quodcumque aliud facies, pondum dignas de
nobis poenas exegeris, nos innumeris mor-
tibus suppliciorum anteuerteris lenitatem.
Quid enim luctuosius esse possit, quam cum
Regem, & tam beneficium Regem nostris
exulceratum mutari habeamus, etiam co-
samen sibi cogamur, ut hoc gentes audiant, &
Sol videat, & nos mundus viuens ingratia
animi, scelerisque condemnaret.

Vallare.
Si Barbari ciuitatem nostram incursan-
tes, mox na diriuerint, incendissent domos, &
abducent captiuos patres solam reliquissent
vastitatem, minus era luctuosum. Quotum
quoniam te viuo, & spicante, cum tantarui a-
moris in nos propensione, spes erat illa cuncta
licet grauia solurum iri, & nos iterum ad pri-
orē dignitatis speciem reddituros, illustriore
que recepturos libertatem: nunc autem restincta
benevolentia tua, & amoris vinculo tam fore
deviato, quod omnimodo nobis erat tutius,
ad quem iam configiemus: quo poterimus alio
zelpicere, tam leni domino, tam facilis Parre
iustis de caulis irato. Itaq; videntur quidem
grauia patrasse, sed passi sunt omnium grauissi-
ma, qui nullum mortalium audeat respice-
re, nec ipsum spectare solem liberis valent o-
culis, sed grauissimo pudore suffusi vna no-
ti, & latribus commiserere. Itaq; libertate sub-

lata nūc sunt, omnibus captiuis deteriores, &
extremam sustinuerunt ignominiam: Atque di-
malorum magnitudinem cogitant, & in qua-
rum contumelias deuenient, nec respirare
quidem possunt, siquidem omnes ubique ter-
rarum populos sibi fecerunt accularores. Sed
si velis, o Rex, est vulneri medicina, & tantis
malis remedium. Sæpius & in priuatis ho-
minibus hoc factum est, magna, & graues
offensiones, eximia charitatis materia fuerunt:
fuerunt offensiones & in natura nostra euenit.

Charitatis
materia
offensiones.

Cum enim hominem Deus condidit, &
in paradisum induxit, præclarissimis hono-
ribus cumularum, tantam Diabolus prosperi-
cordia tem non ferens, inuidit: & illum à sua ex-
ipsum dignitate. Sed Deus non tantum ipsam
non deteruit, verum & pro ipsis voluptuarijs
horris cœlum nobis aperuit, vt hoc ipso pro-
priam testaretur benignitatē, & Daemonis in-
uidiam nostra felicitate puniret. Tu Rex Deū
imitare, omnia mouerunt Dæmones, vt om-
niū tibi gratissimam ciuitatem à benevolen-
tia tua sciungenter: hoc vero cum certe tene-
as, peccata quoniam quidem exigas, priori au-
tem amicitia ne nos extuderis. Sed etiā præter
opinionē aliquid nunc dicere fas est, etiā nunc
inter dilectaru primas ipsam scribere, si modo
Dæmonū odiū insaturabile vis vicerit. Si nepe-
distras, & subras, & deicas, quæ prius illis
voluerunt, hec efficies: si vero iracundiam te
peraritis, & pristini amoris non obscuram sig-
nificationem dederis: lethalem ipsi plā, à in-
tuleris, & vltimā ab ipsis vltione exegeris, de-
monstrabi, quippe, quod non tantum nihil
amplius ipsis expeditum est per infidias, ve-
rū & cuncta ipsis contraria, quām vole-
bant, acciderint. Aequum autem fuerit vt
hæc facias, & ciuitatis misericordia, cui propter
amicitiam tuam Dæmones inuiderunt. Ni-
si enim ipsam tam vehementer amasses, nec
illi tanta infectati fuissent inuidia. Itaque
ersi mirandum est, quod dicitur, est tamen ve-
rum, quod propter te, & amicitiam tuam
hæc possit est. Quot incendijs, quanta sub-
versione fūc hæc verba acerbiora, que ante-
dixisti? Nunc te contumelia affectum quæ-
reris, & pertulisse, quæ nullus v. quam su-
periorum Regum. Sed si velis, o humanissime,
& sapientissime Imperator, diademate isto
clariorē, & maiorem tibi coronam hæc
afferet contumelia. Hoc nepe diader a est, &
tuæ virtutis insigne, & ei. s. qui dedit, libera-
litatis indicium: sed corona ex hac huma-
nitate

nitate contexta, tuum solius erit, & sapientia tua meritum: nec te tantum omnes admirabuntur propter fulgorem gemmarum, quantum propter tui victoriam.

Deiecerunt statuas tuas: sed illis illustriores restituere tibi licet. Si enim iniuria authoribus criminis remiseris, & nullā ipsis infligeris poenam, non æream in foro tibi statuam erigēt, nec auream, nec lapili coagmentatam: sed omni materia pretiosiori amictu vestitam, humanitatem scilicet, & misericordiam in mente quisque sua te erigent, & tot habebis statuas, quot sunt, & erunt homines in orbe terrarum.

Non enim nos tantum, verum & post nos futuri, & post illos omnes haec audient, & tanquam ipsi bene fuerint habiti, sic te admirabuntur, & diligenter.

Quod vero haec non assentationis gratia, sed veritatis dico, antequam tibi, & commemorabilem referam historiam, ut discas, quod non tantum exercitus, & arma, & pecuniae, & popularium multitudo, & alia huiusmodi splendidos facere Reges consuevere, quantum animi disciplina, & mansuetudo. Fertur beatus Constantinus effigie sua quandoque lapi data, multis ipsum instigantibus, ad supplicium de authoribus contumelias sumendum, & dicentibus, quod omnem ipsius faciem saxis conuulnerariint, manu faciem palpans, & leniter ridens dixisse, Ego vero nusquam vulnerum in fronte factum video, sed fanum quidem caput, sana vero & facies tota. Illi vero reveriti, & verecundia suffusi, ab hoc iniquo desistere consilio. Et hoc responsum hactenus canunt omnes: nec tantum temporis labefecit, aut huius sapientiae memoriam extinxit.

Deinde hoc non est trophaeis splendidius? Multas vrbes ille condidit, & gentes immanitate barbaras domuit: sed meminimus illorum nichil: hoc autem verbum usq; in praesentem diem canitur, & posteri nostri, & posteri illorum omnes idipsum audient. Nec hoc solu est admirandum, quod audient, verum etiam quod laudibus, & faustis acclamacionibus prosequentur, dicentesq; laudabunt, & audientes grato animo suscipient: nec vobis est, qui haec intelligens, silentio possit, quin pariter exclamet, & talia dicentem laudet, & innumeris ipsis vel mortuo bona preceatur.

Quod si properer illud verbum apud homines tanta portus est gloria, quot apud clementem Deum coronas asperguntur? Quid autem opus

est Constantinum, & aliena exempla commemorare, cum te de propriis, & vere meritis tuis opus sit exhortari: Recordare præteriti temporis, quando solemnitate hac superueniente per totum orbem terrarum epistolas misisti: iubens carcere detentos dimitti, & ipsis ignosci. Addebas quoq; gloriosissimam vocem: Vixnam mibi licet, et ad priorem vitam reducere.

Horum nunc reminiscere verborum: Tempus tibi oblatum est, quo possis mortuos ad vitam excitare. Et hi namque iam mortui sunt, & priutquam feruntur sententia, ad ipsas inferorum foras calamitosa ciuitas conseruit. Tu igitur illam inde reuoca, sine pecunij, sine impedio, sine tempore, sine villo labore.

Tibi enim sufficit imperium, tibi verbum unum, quo totam hanc mortis caliginem dissipare possis. Nunc ipsam iube ab humanitate tua post hac appellari. Nec enim tantam habebit gratiam illi, qui ab initio se condidit, quantum sententiae tuae: nec immrito, ille enim vrbe fundata recessit: tu vero iam auetam, & grandem, & post tam prosperos rerum successus eversam excitabis.

Non fuisse adeo mirandum, si ab hostibus captam, & barbaris gentibus vastatam liberaliter, quam illi admirabile nunc pepercisse. ILLUD enim saepe multi fecere Reges, hoc autem tu solus facies, & primus præter omnem expectationem. Et illud quidem minime nouum, nec præter expectationem, sed est quotidium opus subditis prodesse: quod autem his affectus iniurijs animum cohiebas, hoc omnem naturam excedit humanam.

Cogita quod nunc non de ciuitate tantum illa tibi consultandum est, verum & de gloria tua, imo vero de toto orbe Christiano. Nunc & Iudei, & Graeci, & Barbari (eterni & illi haec audierunt) nunc (inquam) intuentur, expectant, ut videant, qualem de hoc negotio sententiam feras: nempe si humanam protuleris, & mitem, omnes decretem laudabunt, & Deum effarent, & inter se dicent: Papæ quanta Christianismi potentia: hominem Deo proximum, penes quem vita, & nescis imperium, ita se ardentem iracundia refrænare, & docere philosophiam, quam nec homo priuatus exhiberer.

Verè Magnus Christianorum Deus, ex hominibus Angelos facit, & hac necessitate naturali superioris constituit. Noli enim superfluum quendam admittere timorem,

&c.

*Affectus
vol. i ad
excitandam
misericordiam.*

*Beati Con-
stantini
mansio-
do.*

*Mansio-
do trophaeis
splendida.*

& tolerare eos, qui dicunt reliquias ciuitates huius impunitate fore deteriores, & ad contemptum Imperij petulantiores. Si enim ad pannendum fuisses imbecillis viribus, & ipsi post hoc facinus te vi superaserent, vel certe pari effente potentia, congrue suspicari haec oportebat.

Si vero territi, praeque timore iam mortui sunt, & ad tuos per me se pedes abiiciunt, nec aliud quotidie expectant, quam exitate sententiam, & supplications faciunt communis, & in cœlum intuentur, & Deum invocant, & simul nobiscum legationem attigerent: & sic in extremis constituti, de propinquis quisque suis obtestatus est, quomodo non superflius hic timor? Si iugulari fuissent iussi, tanta passi nunquam fuissent, quanta nunc patientur, tot diebus in perpetua trepidatione transactis, nam & superueniente vespere, auroram se visuros non expectant, & die orto ad vesperum peruenturos non sperant. Per multa quoque in feras incidunt, dum vastas sectantur solitudines, nec viri tantum, verum & pueruli patui, & mulieres liberæ, & decoræ multas noctes, & dies in speluncis, & conuallibus egerunt: & iam nouus captiuiratis modus ciuitatem occupauit, & edificijs quippe muris stantibus, incensis ciuitatibus grauiora patiuntur: nullo incumbente barbaro, nec hoste quidem apparente, capti quibusque sunt miseriiores, & solum solum si moueat, omnes ipsos per singulos terret dies: & haec omnes sciunt, & si subversam ipsam vidissent, non sic essent affecti, vt nunc, qui has ipsius audiere miserias. Ne igitur hoc cogites, quod peiores sint futurae ciuitates reliquæ. Non enim urbe diruta, sic in eos animaduertiss, ut nunc per incertam futuron expectationem, omni suppicio vehementer excruciasi. Noli igitur ipsis ultrius calamitates producere, sed iam respirare permitte. Subditos nepe castigare, & facinorum exigere poenas, facile penitus, & promptius, his vero qui contumelias intulerunt, parcere, & his qui venia patrauerunt indigna, veniam dare, viuis, & vix alterius est, & maxime cum Rex sit contumeliam passus, & ciuitatem quidem metu subdere facile: omnes autem amicos constitvere, & persuadere, vt in regnum tuum se quam benevolos habeant, & non tantum communes, verum, & priuatas pro tuo preceps imperio faciant, difficile: licet infinitas quis expendat pecunias, & innumeros exer-

citus moueat, & omnia moliatur, non facile tot hominum voluntates ad sciplum adiungere poterit, quot nunc tibi facile erit, & leue. Nam, & beneficij affecti, & qui audierint pariter cum ijs, qui beneficia accepint erga te benevolentissimi sunt futuri. Quot pecunias emisses, quot emisses laboribus, breui temporis momento totum orbem subiungare, & omnibus futuris persuadere, vt quanta filiis suis optant, tanta & capiti tuo optarent? Si autem ab hominibus haec, cogita quantam a Deo capies mercedem, non tantum eorum, quæ nunc sunt, verum & quæ post haec ab alijs expedientur. Si vñquam causa contingat fieri tale quid, quale nunc factum est (quod Deus auerterat) & qui laeti fuerint in contumeliosos velint insurgere, benignitas, & sapientia tua, pro omni ipsis erit disciplina: & erubescet, si cum tale moderationis exemplum habeant, ipsi inferiores appareant. Itaque omnium posterorum eris præceptor, & palmarum ipsis præpries, licet ad ipsum philosophiæ apicem peruerent. Non enim pars est quempiam tantam auspicari benignitatem, & ad alios alium respicientem ab illis elaborata imitari. Quocirca quicunque post rehumanitatem, & mansuetudinem quantumcumque exhibuerint, tu cum illis mercedem accipies. Qui enim radicem præbuit, hic utique, & fructuum author est. Quale nunc quidem nemotecum humanitatis mercedem partiri potest: tuum enim solius meritum est. Tu veid cū omnibus posteris, si qui tales vñquam fuerint, ex equo meritum diuidere poteris, & rati referre gloriam, quantam ex discipulis præceptores: & si nemo talis fuerit, rursum sibi commendationes, & laudes per tot seculorum cursus prouenient. Considera namq; quale sit posteros omnes audire, quod tam magna ciuitate iam vastitatē destinata, paucis annis omnibus, & territis quidem ipsis, & prefectis, & iudicibus, nec hiscere pro miseris illis audiencibus, vñus accedēs senex Dei sacerdotiū gerēs, ex ipso aspctu solo, & nudo occursu ad reverentiam Imperatorem mouit: & quod nemini suorum permisit, vñi hoc seni concessit, Dei leges vt decet reveritus.

Etenim hoc quoque ipso non te parum, O Rex, ciuitas honorauit, quod me ad te legatum misit: sententiam enim de te optimam, & pulcherrimam protulerunt, quod omni principatu tibi subdito Dei sacerdotes anteponis, et si viles eos esse contingat. Non ab il-

*Parcere
magna glo-
ria apud
homines, &
apud De-
um magna
mercess.*

Z Z Z Z 2 lis ye-

*Venia dila-
ta quid ti-
midis affe-
rat.*

*Rex folium
si moueat
terre.*

*Manuetau-
dinis com-
mendat. q.*

his verò tantum nunc venio, verum, & ante illos à communī Angelorum domino missus sum, ut hæc mitissimæ, ac benignissimæ animæ proclamem, quod si hominibus ipsorum debita dimittatis, & pater cœlissi lapsus vestros vobis dimittet.

Iudi iō Dei Recordare igitur illius diel, quo omnes de excusis nō actis rationem fumus reddituri: cogita quod suerūdinem etiam si quid tibi humanitus excidit, omnes vel mēfue, sine ullis laboribus abluere prævaricationes sudoris cau, per iudicium, & sententiam istam potes. Alij nempe legati aurum, & argentum, & alia huiusmodi dora ferunt: ego vero cum sacris ad imperium tuum legibus veni, & pro donis omnibus has prætendo, & te dominum tuum imitari supplico, qui quotidie à nobis contumeliis illatis, nunquam sive benignitatis fontes claudit.

Et ne spes nostras atteras, promissionesque confundas, hoc ego tecum alijs hoc scire volo: quod si reconciliari velis, & pristinam cœtitati benevolentiam communicare, cū multa reuertar fiducia: si vero ciuitatem aspernabis, non tantum ipsam non ascendam, nec ipsius solum videbo, verum & perpetuum miseri indicam exsilium, & in aliam me partem terrarum coniugiam. Neque enim hoc contingat, vt in illam vñquam adscribi patriam ve- lum, in quam humanissimus tu, & omnium hominum misissimus Imperator, pacari, reconciliarique nolueris.

Placuit hæc ex florentiori Patrum stylo præcepere; nunc an in Ecclesiasticis concionibus hæc stylus amoenitas consecunda sit, commodius sequenti libro disseremus.

DE MIRIFICA SALVIANI acrimonia, & vi dicendi.

CAPUT XXVI.

Sea ut ista, quæ plus habent floris, omittamus, luet quadam ex Salviano maximè lecta hic subiçere, ex quibus hominis imperium cum Demosthenico comparandum possit agnoscere.

De impuritate & luxuria
theatrici.

DE quotidianis tamen obsecratibus lo. *Salvianum* quamur, quas tales ac tam innumeræ le. lib. 6. giones dæmonum excoxitæ erunt, vt etiam honestæ ac probæ mentes, et si nonnullas eam spernere ac calcare possunt, omnes tamen penitus superare vix possint. Sicut enim exercitus pugnatur, ea loca, per quæ venturas hostium turmas sciunt, aut foueis intercidere, aut sudibus praofigere, aut tribulis infestare dicuntur: scilicet vt etiam si non in omnia ea quispiam incedat, nullus tamen peccatus evadat. Ita etiam dæmones tam multis invitata ista humano generi illecebratum insidijs prætenderunt, vt et si plurimas eorum aliquis effugiat, tamen quacunque capiatur. Equidem quia longum est nunc dicere de omnibus amphitheatris scilicet, aleis, lusorij, pompis, athletis, peraminarijs, pantomimis, cæterisque portentis; quæ piget dicere, quia piget malum, tale vel nosse, de solis circorum ac theatrorum impuritatibus dico. Taliæ enim sunt, quæ illic fiunt, vt ea non solum dicere, sed etiam recordari aliquis sine pollutione non possit. Aliæ quippe crimina singulas sibi ferme in nobis vendicant portions, vt cogitationes sordide animunt, vt impudiciæ aspectus oculos, vt auditus improbi aures, ita vt cum ex his vnum aliquid errauerit, reliqua possint carere peccatis. In theatris vero nihil eorum relatu vacat, quia & concupiscentijs animus, & auditu aures, & aspectu oculi polluantur. Quæ quidem omnia tam flagitiola sunt, vt etiam explicare ea quispiam argue eloqui saluo pudore non valeat. Quis enim integræ verecundiæ statu dicere queat illas rerum turpium imitationes, illas vocum ac verborum obsecrantes, illas motuum turpitudines, illas gestuum foeditates? quæ quanti sint criminis, vel binc intelligi potest, quod & relationem fui interdicunt. Nonnulla quippe etiam maxima sceleræ incolumi honestate referentis & nominari, & argui possunt, vt homieidum, jatrociniū, adulterium, sacrilegium, cæteraque in hunc modum. Solæ theatrorum impuritates sunt, quæ honestæ non possunt vel accusari, ita noua in coagenda harum turpitudinum probrofite res euenit arguentis, vt cum abique dubio honestus sit, qui accusare ea velit, honestate tamen integra ea loqui & accusare non possit. Aliæ quoq; omnia mala agentes polluant, non videntes vel audientes. Si quidem etiæ blasphemum quempiam audias, sacrilegio non

Non pollueris, quia mente dissentis. Et si interuenias latrocinio, non inquinar s' actu, quia abhorres animo. Sola spectaculorum impunitates sunt, quae vnum admodum faciunt & agentium & aspicerentium crimen. Nam dum spectantes haec comprobant ac libenter videt, omnia ea visu atque afflens agunt, ut vere in eos Apostolicum illud: peccariaret, cadat. Quia digni sunt morte non s' lumen qui faciunt ea, sed etiam qui consentiunt facientibus. Itaque inillis imaginibus fornicationum, omnis omnino plebs animo fornicatur. Et qui forte ad spectaculum puri venerant, de theatro adulteri reuerteruntur. Non enim tum tantummodo quando redeunt, sed etiam quando veniant fornicantur. Nam hoc ipso quod aliquis rem obsecnam cupit, dum ad immunda properat, immundus est. Quae cum ita sint, ecce qualia aut omnes, aut pene omnes Romani agunt. Et cum haec ita sint, qui talia agimus, negligi nos a diuinitate causamus; relinqui nos a Domino nostro dicimus, cum ipsi Dominum relinquamus. Fingamus enim, quod respicere nos Dominus noster velit, etiam non merentes, videamus si potest. Ecce innumeria Christianorum millia in spectaculis quotidie ierum turpium commemorantur. Potest ergo illos Deus respicere, qui tales sunt: Potest ad eos respicere, qui baccantur in circis, qui mactantur in theatris? An forte hoc volumus, & hoc dignum putamus, ut eum in circis nos & in theatris Deus videat, ea que nos aspiciunt aspiciat quoque ipse nobiscum, & turpitudines quas nos cernimus, cernat etiam ipse nobiscum? Alterutrum enim fieri necesse est: quia si nos videre dignatur, consequens est, ut etiam illa ubi nos sumus videat: aut si ab illis, quod non dubium est, auerterit oculos, etiam a nobis qui illuc sumus pariter auerterat. Et cum haec ita sint, facimus haec, tamen, at sine cessatione, quae dixit. An forte in morem veterum paganorum, theatrorum & circorum nos Deum habere arbitramur? Faciebant enim haec illi quondam, quia has idolorum suorum delitias esse credebant. Nos quomodo haec facimus, qui odissimus Deum nostrum haec certo sciimus? Aut certi si placere has turpitudines Deo nouimus, non prohibeo quin sine cessatione faciamus. Si vero in conscientia nostra hoc est, quod Deus horret, quod execratur, quod sicut his in sit pastus Diaboli, ita offensio Dei, quomodo nos in Eccle-

sia Dei colere Deum dicimus, qui in obscenitate ludorum semper diabolo deferimus, & haec gnari ac scientes de consilio & industria? Et quae nobis quæso spes erit apud Deum, qui non casu aut imprudentia Deum laedimus, sed exemplo illorum quondam gigantum, quos insanis conatus superna tentasse & quasi in nubes gradum tulisse legimus. Sic nos per iniurias, quas in omni mundo semper inferimus, quasi consensu publico cœlum oppugnamus. Christo ergo, o amentia monstruosa! Christo Circenses offerimus & mimos, tunc & hoc maxime cum ab eo aliquid boni capimus, cum prosperitatis aliquid ab eo attribuitur, aut victoria de hostibus & diuinitate præstatur. Et quid aliud hac re facere videmur, quam si quis homini beneficium largienti iniuriosus sit, aut blandientem conuicijs cædat, aut osculantis vultum mucrone transfigat: Interrogo enim omnes potentes ac diuites mundi huius, cuius piaculū reus sit seruus ille, qui bono ac pio domino malum cogiter, qui benemerenti conuicium faciat, & pro libertate, quam accipit, contumeliam reddat. Absque dubio maximus criminis reus creditur, qui malum pro bono reddit, cui etiam malum pro malo reddere non licet: Hoc ergo etiam nos qui Christiani dicimus, facimus; irritamus in nos misericordem Deum impuritatibus nostris, blandientem iniurijs verberamus. Christo ergo, o amentia monstruosa! Christo Circenses offerimus & mimos, Christo pro beneficijs suis theatrorum obsecna reddimus, Christo ludorum turpissimorum hostias immolamus. Videlicet hoc nos pro nobis in carne natus Saluator noster edocuit. Hoc vel per Apostolos prædicavit. Propter hoc humanæ natuitatis verecundiam subiit, & contumeliosa terreni ortus principis suscepit. Propter hoc in præsepio jacuit, cui seruierunt Angeli cum iaceret. Propter hoc inuolui se pannorum crepundijs voluit, qui cœlum regebat in pannis. Propter hoc in patibulo pependit, quem pendente mundus expandit.

Zzzz 3. De Car-

De Carthagine luxuriante in Circo inter
armorum terrores.Salvianus
lib. 6.

Quis estimare hoc malum possit & circumsonabat armis muros Circus Carthaginis populi barbarorum: & Ecclesia Carthaginensis insanebat in Circis, luxuriabat in theatris: alij foris iugulabantur, alij intus forniciabantur: pars plebis erat foris captiuia hostium, pars intus captiuia viatorum. Cuius fors peior fuerit inceatum est. Illi quidem erant extrinsecus carne, sed isti intus mente captiuoi, & ex duobus letalibus malis, leuius, ut reor, captiuitatem corporis Christianum, quam captiuitatem animae sustinere, secundum illud quod docet Salvator ipse in Euangelio, grauius multo animorum mortem esse quam corporum. An credimus forte quod captiuus animo populus ille non fuerit, qui laetus tunc in suorum captiuitatis fuit: captiuus corde & sensu non erat, qui inter suorum supplicia ridebat, qui iugulatus in suorum iugulis non intelligebat, qui mori se in suorum mortibus non putabat. Fragor, ut ita dixerim, extra muros, praelitorum & ludicrorum confundebatur, vox morientium, voxque baccantum; ac vix discerni forsan poterat plebis ciuiario, que cadebat in bello, & sonus populi qui clamabat in Circo. Et cum haec omnia fierent, quid aliud talis populus agebat, nisi ut cum eum Deus perdere adhuc fortasse nollet, tamen ipse exigeret ut periret.

Item, De Luxuria Treuiorum impenden-
te bello.Salvianus
lib. 6.

Vidi siquidem ego ipse Treuiores domino nobiles, dignitate sublimes, licet iam spoliatos atque vastatos, minus tamen euer-
tos rebus suisquam moribus. Quamvis eum depopulatis iam atque nudatis aliquid supererat de substantia, nihil autem de disciplina; a Deo grauioresque semet hostes externis hostibus erant, ut licet iam a barbaris euer-
sissent, a se tamen magis euerterentur. Lu-
gubre est referre quæ vidimus, senes honoratos, decrepitos Christianos, imminentे admodum iam excidio ciuitatis, gulæ aë las-
ciuiz seruientes. Quid primum acculandum

est quod honorati, an quod senes, an quod Christiani, an quod periclitantes? Quis eum hoc fieri posse crederat, vel in securitate à senibus, vel in discrimine a pueris, vei vñquam à Christianis: Iacebant in conuiuis obliti ho-
noris, obliti aetatis, obliti professionis, obliti nominis sui. Principes ciuitatis cibo conserti, vinolentia dissoluti, clamoribus rabidi, bacchatoe furiosi; nisi minus quam sensus sui, imo quis prope iugiter tales, nihil magis quam sensus sui. Sed cum haec ita essent, plus multo est quod dicturus sum, finem perditioni huic nec ciuitatum excidia fecerunt. Denique expugnata est quater vrbis Gallorum Treverorum opulentissima. Promptum est de quo dicam, sufficere utique debuerat emendationi prima captiuitas, ut instauratio peccatorum non instaurasset excidium. Sed quid plura: incredibile est quod loqueror, assiduitas illic calamita-
tum, augmentum criminum fuit. Sicut enim anguinum illud monstrum, ut fabulae ferunt, quod multiplicabat occisio, ita etiam in Gallo-
rum excellentissima vrbis ijs ipisis quibus coerebantur sceleris, plagiis celsibant, ut pu-
tates pœnam ipsorum criminum, quasi matrem esse vitorum. Et quid plura? Ad hoc quot idie malorum pullulantium multiplicatione peruentum est, ut facilius esset vibem illam sine habitatore, quam vllum pene habita-
torem esse sine crimine.

Et postea. Nam praeter cetera, cum duobus illic præcipuis & generalibus malis auaritia & ebrietate omnia concidissent, ad hoc postremo rabida vini audiatur peruentum est, ut principes vrbis ipsius, ne tunc quidem de conuiuis surgerent, cum iam hostis urbem intraret: adeo etiam Deus ipsius euidenter, ut credo, manifestare voluit cur perirent, cum per quam rem ad perditionem ultimam ve-
nerant, eam ipsam agerent cum perirent. Vidi ego illic res lachrymabiles, nihil scilicet inter pueros differre & tenes. Una erat levitatis, una lenitatis, simul omnia luxus, potationes, perdi-
tiones, cuncta omnes pariter agebant: ebria-
bantur, enebriabantur, lasciviebant in conuiuis, vetuli & honorati, ad videndum prope iam imbecilles, ad vinum præualidissimi. In-
firmi ad ambulandum, robusti ad bibendum, ad gressum natabundi, ad saltandum expediti. Et quid plura? In hoc per cuncta illa que diximus, deuolutis sunt, ut compleuerit in eis dictum illud sermonis facili, vnum & mu-
heres apostolata faciens a Deo. Nam dum bi-
bunt,

bunt, ludunt, mœchantur, insaniunt, Christum negare cœperunt. Et miramur posse omnia ista, si ruinam rerum suarum passi sunt, qui tanto ante mentibus coruerunt? Nemo itaque vibem illam in excidio suo tantum perisse credat. Vbi enim talia acta sunt, prius iam perierant quam perirent.

De ijs, qui in summa calamitate petebant Circenses.

Sal.lib.6. **I**acebant passim utrinque sexus cadavera nuda, lacerata, vrbis oculos incessantia, aribus canibusque laniata; lues erat viuentium, sceler funereus mortuo, mors de morte exalbatum, ac si etiā qui excedijs supradictæ vrbis non interfuerat, mala alieni excidijs preserebant. Et quid post hæc, inquā, quid post hec omnia quis estimare hoc amerciæ gen' posuit? Pauci nobiles, qui excidio superfuerant, quasi pro summo deleta vrbis remedio, Circenses ab imperatoribus postulabant. Vellem mihi hoc loco ad exequendam rerum indignitatem parem negotio eloquentiam dari, scilicet ut tantum virtutis esset in querimonia, quantum doloris in causa. Quis enim existimare posuit, quid primum in his, de quibus diximus, accusandum sit, irreligiositas, an stultitia, an luxuria, an amentia: totum quippe in illo est. Quid enim aut irreligiosus, quam petere aliquid in iniuria Dei? aut quid stultus, quam quid petas non considerare? aut quid sam perditi luxus, quam in lustu res desiderare luxuria? aut quid amentius, quam in malis esse, & malorum intelligentian non habere? Quanquam in ijs omnibus nulla res minus culpanda est, quam amentia: quia voluntas crimen non habet, vbi furore peccatur. Quo magis hi de quibus loquimur, accusandi sunt, quia sani insanibant: Circenses ergo Treuiri desideratis, & hoc vastati, hoc expugnati, post cladem, post sanguinem, post supplicia, post capitularem, post tot euisce vrbis excidia: quid lachrymabilius hac stultitia? quid lucretius hac amentia: Fato, miserrimos esse vos credidi, cum excidia passi estis sed miseriiores vos video, cum & hæc ecclacula postuliatis. Parabam enim vos in excidijs rem tantum atq; substantiam, nesciebam etiam sensum, arque intelligentiam perdidisse. Theatra igitur queritis, circum à principibus postulatis: quæsio cui

statui, cui populo, cui ciuitati? Vibi exustæ ac perditæ, plebi captiæ, & interemptæ, quæ aut perire, aut luger. De qua etiam si quid superest, totum calamitatis est; quæ cuncta aut incertitudine est anxia, aut lachrymis exhausta, aut orbitate prostrata: in qua nescias penè eius si fors peior ac durior interfectorum, aut viuentium. Tantæ enim sunt miseriae superstitionis, ut infelicitatem vicerint mortuorum. Ludicra ergo publica, Tunc ueritatis: vbi quæsio exercenda: an super busta & cineres, super ossa & sanguinem preceptorum? Quæ enim vrbis pars his malis omnibus vacat: vbi crux fatus, vbi nou strata corpora, vbi non concisorum membra lacerata? Vbi que facies captiæ vrbis, vbi que terror capitulatæ, vbi que imago mortis. Iacent reliquæ infelicissimæ plebis super tumulos defunctorum suorum, & tu circentes rogas? Nigra est incendio ciuitas, & tu vultum festinatus usurpas: Luget cuncta, tu letus es: Insuper etiam illecebrius flagitiosissimus, Deum pronocetas & superstitionibus pessimis iram diuinatatis irritas. Non miror planè, non miror tibi euenisce mala quæ conserua sunt: Nam quia tercia excidia non correxerunt, quarto periire meruisti.

Infectatio magistratum.

Statuunt non adulterandum, & primi ad *Sal.lib.7.* Sulterant: statuunt non furandum, & surantur: quamvis penè non possim dicere quod furentur, non enim sunt qui agunt furta, sed latrocinia. Punit enim iudex in alio peculatum, cum sit ipse peculator: punit rapinam, cum ipse sit rapto: punit larcinum, cum ipse sit gladiator: punit effractores claustrorum, & costitorum, cum ipse sit euerter vrbium: punit exsoliatores domoru, cum sit exsoliator prouinciarum. Atque hoc vrinam illi tantum qui in potestate sunt positi, & quibus ius exercendorum latrociniorum honor ipse largitur. Illud grauius ac magis intollerabile, quod hoc faciunt, & priuati iisdem ante honoribus functi. Tantum eis adeptus semel honor dat beneficij, ut temper habeant ius latrocinandi. Adeò etiam cum defliterint, ad administrandum potestatem habere publicam, non desinunt ramen ad latrocinandum potestatem habere priuatam; ac si leuior est potestas illa quam habuerunt iudices, quam hæc, quam priuati habent. In illa enim

eis

eis s^ep^e succeditur, in hac nunquam. Ecce quid valent statuta legum, ecce quid proficit diffinitio sanctionum, quae illi spernunt maximè qui ministrant. Sane ad parendum humiles abiectione coguntur, compelluntur iussis obtemperare pauperculi, & nisi obtemperauerint, puniuntur. Eandem enim rationem in hac re habeat, quam in tributis.

Soli iussis publicis seruunt, sicut soli tributa solunt: ac sic in ipsis legibus, & in ipsa iusta rerum præceptione maximum iniustitiae scelus agitur, cum ea minores quasi sacra obseruare coguntur, quae maiores iugiter quasi nulla corculant.

{.}

Finis Libri Decimi quarti.



DE FORMA, ET CHARACTERE SACRAE ELOQVEN- TIAE.

LIBER DECIMVS QVI NTVS.



AERET intimis affixa sensibus nostri Theophrasti memoria, qui licet naturam expleuerit viuendo, nobis tamen immaturus obijste videtur; tantum suū desiderium bonis omnibus reliquit. Et eius quidē virtutes posteriorætas intuebitur, nec vnguam de tanti viri sapientia, fide, religione, constanza, & assiduis in propaganda Crucis gloria laboribus conticescat. Scis ipse N. Qualis & quantus fuerit, nec apud imperitum loquor. Mihi quidem virum illum plane admirabilem in hac ferrea hominum ætate, quasi aurei generis particulam ostendisse natura videbatur, cuius vita perpetua fuit vitiorum censura, norma morum, clarissimarum virtutum imago, Vox autem iuge quoddam sapientiae celestis oraculum. Erat illi ingenium velox, pectus sapientia, & virtutis ferax, mēs acris, præcelsa, & volucribus (ut ita dicam)

flamnis semper accensa; Quæ neque asperitibus rerum immunita torpesceret, neque blanditijs oppressa coniueret. Corpus etiam ipsum laboris patiens, atque illius statura & maiestatis, quæ tantæ mentis pondus commode sustentaret. Cumque à pnero magnarum arrium fontes imbibisset, quibus prodesse aliquid mortalibus posset, non se vniuersalib[us] parietibus conclusit, sed magno animo in totius generis humani commercium emisit. Emicuit cum illa non ancillaris facundia misera quædam necessitas, sed vis dicens quædam ineluctabilis, quām timerent improbi, venerarentur boni, ipsi terrarum principes formidarent simul, & diligenter. Ecce per tot annos in his concionum fluctibus iactarentur, numquam inexhaustus ille fons arefiebat, sed ut Oceanus, qui aquas cœlo, & terris præbet, in suis semper cursibus totus est, atque integer, sic ille se rebus humanis ita impendebat, ut dare quidem posset, nihil postea deperdere. Nec mirum si tam diutinus ingens illius Oratoris vigor fuit,

hæc

Conciona-
toru^s egregi-
jans.